

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Prosodia promptissima


Smetius, Henricus

Francofurti, 1653

[urn:nbn:de:bsz:31-109164](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109164)







Gym 2983

VIII B 1118
240

EX
BIBLIOTHECA
ILLUSTRIS
CAROLI HESYCHEI.

65723

Johannes Wasmuth Wolmariensis
Catholus verus libri hujus est possessor
Anno Salvatoris nostri

1690.

PRO S O D E I A
HENRICI SMETII,
RVB. F. A LEDA, ALOSTANI,
FLANDRI, MEDICINÆ
Doctoris, promptissima,
QVÆ
SYLLABARUM POSITIONE

& Diphthongis carentium
QVANTITATES

Sola veterum Poetarum auctoritate, adductis exemplis, demonstrat.

Ab auctore reformata, locisque innumeris emendata, & quarta sui parte adaueta.

EDITIO DECIMASEXTA.

Prioribus correctior, mantissaq; haud aspernabili rursus ab auctore, anno atatis sua LXXV. adjecta, locupletior, multoq; emendatior.

Cum appendice aliquot vocum ab Ecclesiasticis Poetis aliter usurpatarum.

Cum S. Cas. Majest. Privilegio.



FRANCOVRTI,
Sumptibus Viduæ JANE ROSÆ
ANNO M. DC. LIII.

gym 2983



z

v

JOANNI A KOREN-
PVT, IOAN. F. TRIBVNO
ET ARCHITECTO MILITARI
Nobilissimo.

HENRICVS SMETIVS A LEDA,
S. P. D.



Vum ante annos pauculos, vir fortissimè,
poematia quædam prima ætate nostra lusa,
recognoscere in mentem venisset, tandem-
que quorundam, qui in scribendis versibus
peritiores, editisque in lucem poematis cla-
ri, hoc loco vivebant, iudicio subiecissim:
accidit; ut diversis diversa (prout ne quid
amicitiæ darent, eos ante obtestatus fueram) obelisco liberri-
mo configentibus; de nonnullarum vocum quantitibus
quæstiones inciderent, quas hic producendas, ille contrahen-
das existimare: de quibus tamen probatorum Poetarum ex-
empla proferre nequirent: neque etiam illorum, qui de re Me-
trica accuratius scripserunt, *Despanterii, Micylli, Fabricii* mo-
numenta controversiam dirimere possent. Quo discrepantium
opinionum tædio affectus, de Syllabarum, Diphthongis autè
Positione carentium, præcipue vero primarum mediarum
(de quibus frequentius, quam de ultimis dubitari solet) quan-
titibus, sola veterum (qui ut minimum ante annos mille
scripserunt) auctoritate comprobandis, cogitare cœpi. Quam-
obrem pervestigatis (quoties ab ordinariis negotiis, otiosi
aliquid subfurari possem) pluribus quam centum & viginti
Poetarum, cum operibus integris, tum fragmentis, labore in-
comparabili; primum quidem colligebam ea tantum, de qui-
bus merito dubitari posset. Postea hortatu quorundam, etiam
):(2 illa

illa, de quibus, licet cultioris eruditionis homines ex usitata do-
ctioribus pronuntiatione nihil ambigerent; quædam tamen
gentes, quales Galli, Poloni, Ungari ob vernaculi sermonis cõ-
tagium, Latinæ elocutioni vitium afferre assolent: Unde tritū il-
lud: *Non curo quantitatem syllabarum, modo sit oratio congrua,*
Item: *Nos sumus Nobiles Polon.*

Et sicut cænties, dum Lovanii, Bononiæ & alibi in studiis li-
terarum versarer, notavi, ex Professoribus (viris alioquin magni
nominis) quosdam ex imperita consuetudine, insuaviter admo-
dum, ac inconcinne inter prælegendum non pauca proferre,
qualia: *Alaricus, Alioquin, Aliquando, Andronicus, Anisum, A-
pamia, Archiater, Archimedes, Aristobulus, Beronica, Chamædris,
Cleobulus, Compotant, Cyclaminus, Daricus, Getuli, Heraclitus,
Hydropes, Lacones, Mediastinus, Mathesis, Paracletus, Petroseli-
num, Suffocant, Thessalonica,* aliaque innumera, contra accentum
legitimum, penultimæ syllabæ quantitati debitum. Ex qui-
bus vel solis manifesto liquet, conatum hunc nostrum, non
solum pædagogis, ad pueros in versificatoria exercendos: sed
viris quoque in quacunque facultate versantibus, Theologis,
Jurisperitis, Medicis, Philosophis, Rhetoribus, Historicis, ad
concinnioem, magisque elegantem etiam solutæ orationis
prolationem magnopere profuturum. In quo dum allaboro,
opus in majorem expectatione mea tumorem accrevit. Col-
legi autem potissimum ex Poetarum versibus illis, qui certos
pedes postulant: quales Hexametri, Pentametri, Phalæcii,
Iambici, Alcaici, Sapphici, Choriambici, Trochaici, Scæzontes:
versusque formam scañsionis commodioris gratia annotavi, ut
de pedibus constet, præter hexametrum & pentametrum per
se notissima. Studui interim qua potui exempla profer-
re, quæ duas aut tres syllabas asserere queant. Aliquando et-
iam, ut de ultima constaret. Ex Plauto autem, aut Terentio, ut
minus curiose leges servantibus, sicut ex Catullo in Phalæciis ni-
mia libertate luxuriante, (dum primo illorum pedi modo
spondæum, modo jambum, modo trochæum quoque attri-
buit: Secundo vero loco, dactyli vicem nonnunquam spon-
dæo supplet) quam parcissimus fui, & quidem necessitate solum-
modo prementis: idque in vocibus, quæ alibi rarius occurrunt,
Vitavi

Vitavi, quoque, qualicuit (modo alia non deessent) versus cæ-
furarum licentia abutentes. Ecclesiasticos autem poetas par-
tius produxi: eo, quod subinde minus anxii quantitatum ob-
servatores esse videantur, dum majorem rerum, quam pedum
rationem habent, quod apparet in vocibus *Anigma, Copula, E-
necas, Enervatus, Florianus, Fient, Sphæra, & similibus*, in quibus
primam contra vel naturam, vel morem antiquorum corri-
piunt. Sicut secundum in *Abdera, Archimedes, Ecclesia, Eremitus,
Idume, Imbecillus, Lavacrum, Rompha, Severinus, Valetudo, Ve-
recundia*. Simili modo tertiam contrahunt, in *Emulamentum,
Calciamentum, Inchoamentum, Inquietatus, Paracletus, Pollice-
bantur*. Posteriores quoque brevem faciunt, in *Damon, Dispar,
Fames, Proles, Vlysses, Vulpes*. Contra produciunt primam præter
morem veterum non raro in vocibus: *An, bis, Didymus, Meridies,
Seleucia, Sinus proliore, Spado*. Item secundam extendunt, in
Conditio, Redimitus, Sacrificium: quemadmodum & in nonnullis
alijs præter artis leges aut antiquorum usum, quod imitandum
esse abnuo. Quorum exempla videre volenti, in peculiarem ap-
pendicem finito huic operi subnexum, ne quis fallatur, conj-
cienda potius, putavi: quam (quod in priori editione factum)
eadem simul cum alijs, in contextu tanquam imitatione digna,
relinqui. Est iisdem familiare, vocales natura breves, in fine
dictionis positas, ob consonantes vel duas discretas, vel unicam
duplicem, qualis X. & Z. caput vocis sequentis occupantes, jure
quasi positionis, producere, quanquam non absque vetustiorum
exemplo fecisse id videantur.

Sic enim Juvenalis.

Occulta spolia, & plures de pace triumphos.

Item Virgilius.

Drymog, Xantog, Ligeaq, Cymodoceq.

Adde, quod iidem gerundia in Do, plerunque indifferenter
usurpent, licet neque istud exemplo veterum careat. Ita enim
Tibullus.

Aufer & ipse mecum pariter medicando dolorem.

Item Juvenalis.

Plurimus hic ager moritur vigilando, sed illum,

Quod & alii sunt imitati:

):(3

Sape-

Serenus quidem.

Sæpe sibi noxa nimium mandando fuerunt,

Item & Aufonius,

— dum percontando moraris.

Verum quicquid hoc est, veterum vestigiis inhære consultius omnino iudico.

Et recentibus Mantuanum, in voce, *Cicur*, Politianum, in *Matrima* & *Patrimus*, eo quod alii deessent, semel allegavi, præter illos, quos sciam, neminem.

Cæterum quandoquidem non omnes voces apud Poetas antiquos obviæ sunt: idcirco quedam (mihî saltem nusquam lecte) absq; adducto exemplo posuerunt, quales, *Adavunculus*, *Acetabulum*, *Ommodytes*, *Allegoria*, *Apamia*, *Archimedes*, *Archipirata*, *Cicur*, *Titio pro torre* & similia. Ut itaque de talium quantitate constare aliquid posset, quædam te ad simplicia remittent. ut *Abavunculus*, ad dictiones *ab* & *avunculus*. Sic *Admoliior* ad simplex *moliior*. Quedam è contrario ad composita, ut *Cicur*, ad *Incoris*: Nonnulla ad similia, ut *Titio pro torre*, ad *Titus*, & *Tirius*, *Abivium* ad *Diluvium*, *Ammodytes*, ad *Trogodytes*, *Appendices*, ad *Perpendicularum*, *Diluculum*, ad *Luculentus*, *Aristobulus*, ad *Aristophanes*, & *Cleobulus*, *Acetabulum*, ad *Acetum* & *Venabulum*. Subinde quoque ad orthographiam respicere iuberis: ut in *Allegoria*, *Apamia*, *Archimedes*, *Archipirata*, quum Græcè scribantur, ἀλληγορία, ἀπάμεια χαιμῆδης, ἀρχιπειρατής, unde nativa quantitas facile colligi potest. Apud Græcos enim vocales, *η* & *ω*, sicut & diphthongi, tam impropria quam propria, semper producantur. Vocales autem *ε* & *ο*, perpetuo breves: Verum *α*, *ι* & *υ* communes habentur, quamvis non in omnibus. In quibusdam enim productæ in quibusdam contractæ observantur. Tametsi veteres ipsos hac in parte aliquando peccasse observarim: quod ostendunt hæ voces: *Ammon*, ἀμμων, *Butyrum*, βούτυρον, *Chalcedon*, χαλκεδών, *Chiron*, χείρων, *Crepida*, κρηπίς, *Dæmon*, δαίμων, *Ego*, ἐγώ, *Hæctor*, ἕκτωρ, *Mater*, μήτηρ, *Osio*, οἰώ, *Pater*, πατήρ, *Polyrus*, πολύρυς, *Rhomphaa*, ῥωμφαία, *Scoria*, σκωρία, *Toletum*, τολήτοι. Ex his enim syllabas natura longas corripunt. Contra in *Polyrus*, πολύρυς, *Polydamas*, πολυδάμης, *Theophila*, θεοφιλά, *Thematis*, θεματίς, prius, quæ breves sunt, producant. In similibus

milibus tamen, quisquis orthographiam & originem observabit, rationi magis consentaneum faciet, &, qui suum defendat factum, habebit.

Quod autem, strenuissime Corenputi, hoc scriptiois genus tibi, viro militari male fortassis conveniens, inscribendum putarim: ea est causa: quod sicut in humaniori literatura, historiarumque lectione, ac mathematicis disciplinis diligenter à prima adolescentia versatus es: ita in Latini sermonis puritate adeo feliciter te exercuisti, ut quanquam inter arma, pro Deo & patria suscepta (in quibus plurima, vel invidia teste, præclara, historiaeque Belgicæ hujus temporis haud ignota, excellentis animi specimina edidisti) jam supra annos xxvii, occupatissimus, in oblivionem ejus, per dissiuetudinem tam diuturnam, venisse existimari posses: illius tamen promptitudinem vivacissimam, oratione non tantum soluta, verum etiam ligata, quandoque libet, declarare queas: quod non modo Epistolæ aliquot familiares ad me tuæ, sed vel unicum illud Epigramma decaesticon (quo ante annos quatuor, poematio tibi inscripto *redostiebas*) testatur. In quibus versibus (qui ut scribebas, primo poematum nostrorum aspectu tibi jam tum ætatem quinquagenario majorem agenti,

Belli inter strepitus: flammisque tonantia tela
in mentem veniebant) nihil tamen triviale, nihil durum, coactumve, nihil contra artis leges occurrit: sed Latinae dictionis facultas, sed venæ nativus fluor, una cum nitore eleganti conjunctus, elucescit. Ex quibus quid in flore juvenili (cujus fructum posteritati invidisse videris) præstiteris, porroque præstare potuisses: quilibet per se conjecturam facere possit. Cæterum Deum Opt. Max. omnis boni datorem ex animo precor, ut te incolumem & vegetum Reip. bono, quam divitissime conservare dignetur. Ex Musæa nostro
x. Martii 1599.



*Smetius hic ille est, gemini mera gloria Phœbi:
 Seu medicæ artis odii, seu medicæ artis opus.
 Cuius item si non quanta est sub corde moratur,
 Inq; homines pietas, religio inq; Deum:
 Frustrâ alibi certe quanta est queratur in orbe,
 Inq; homines pietas, religio inq; Deum.*

Natus est An. 1537. Obiit An. 1634.

SMETIÆ

GENTIS



A LEDA

INSIGNIA

STINSPRIDII ELECTRAI

Phœbi.
s opas
coratus
m:
in urbe,
am.
1634

IN ANTIQVA SMETIÆ
GENTIS A LEDA INSIGNIA, CASSIDE

aurata, bucula Cancellata, Scuto rubro, Lunulis aureis,
ex pictura veteri, Elegidion.



*Occineo in clypeo, norma discreta nigrante,
Trinarenascenti cum face Luna micat.
Fulvus apex galeæ, cygneas surrigit alas,
Quas inter medio est fulva Diana situ.*

*Hec atavum meritis, ad seros missa nepotes,
Sunt gentilitiis signa vetustamcis.
Planities clypei, cocco cur tincta rubescit?
Turpibus & falsis erubuisse monet.
Cur clypeus Norma distinguitur? acta severam
Iustitiæ ad normam nostra probare docet.
Quid tria crescentis designant lumina Phæbes?
Lucida cur sursum cornua versa gerunt?
Virtutum in studio capere incrementa monemur;
Pectoraque ad cælum tollere fulta fide.
Cur galea aurata est? sic pura mentis oportet
Munitum semper præsidio esse caput.
Sed quid olorine surgentes vertice penna?
Scilicet ingenio, non genere astrapeti.
Aurea cygneis cur Cynthia clauditur alis?
Moribus ut niteat docta Minerva probis.*

PAVLI

PAULI MELISSI FRANCI, COMITIS

Palatini, Equitis, Civis Romani.

O D E

AD HENRICVM SMETIVM, V. NOBIL. ET MED.



IVACE postquam carminis alite
Dixisse Reges Iudaicos iuvat.
Moresque Susannæ pudicos
Helchiados, medicæque vires.
Et pondus artis: non sine Barrachum
Pugnis Homeri: quid modulaberis
Posthac Camenarum ore dignum,
Cantio ô venerande SMETI?
Non segne quondam natus in otium,
Neque in soporem, qui sineres graui
Torpescere atatem senilem,
Desidiæ fugiens, veterno?
Fraudamus; ante magnum auspice
Beat Poetas, quique adeo inclitos
Amant Poetarum maniplos,
Grande decus merituro in annos
Sequentis ævi? Te duce totius
Linguae Latinæ congeries sibi
Sortitur aptas æqua classes:
Proque pedum numero modoque,
Per dictionum multiplicem ordinem,
Antiqua vatum gaudet apiscier
Exempla: queis tyro institutus
Instruit hinc aciem, potitus
Patente campo: ceu veterana vis
Peritiorum, cernere fortior
Armis Gradivi, bellicæque
Res gerere arte peculiari.
Ad umbilicos gestio ducier
Desiderata millia copiae.
Contra, quid ipsum me fatiget,
Detineatque rogasne SMETI?
Implere Acanthis (adspice) bis decem
Defudo sylvas; jamque adeo super
Fecundus erit fundus, atque
Se numero fruticante vincit.
Has ecce totas excurias vigil,
Nil hercle quærendo invenies, nisi
Per mille tercentena nobis
Vota petitum oculum Rhodantes.

IANI

IANI GRUTERI J. C. HISTORICI
ELECTORALIS.

AD HENR. SMETIUM, NOB. ET
MED. ELEGIA.

Sic Helice medio dubios regit aequore nauas,
Sustinet errantes sic Cynosur arates,
Haud melius sane Tegeae dextra uialis,
Multifido sectum tramite signat iter.
Optatoq; loco statuit, quos anxius error
Passus erat patulum non superare nemus,
Quam Smeti, tuus hic index intenditur hortis
Castaliis, Pindi prodit & omne latus.
Nempe prius circa lepidis loca culta Camoenis
Nil nisi caligo, mutus & horror erat.
Nunc sed enim qua vis spirent geniale quid antra,
Doctaq; de variis sibilat aura jugis.
Nunc sed enim frontes passim, siluag; loquuntur,
Speluncaq; Echus qualibet ora uigent.
Haud aliter veteri detracta pelle bilinguis
Anguis orat, ueris uividior bono.
Dic tamen o Smeti, quanam tibi Agonia, quam
Hic Stimula attulerit, Persicaq; auxilium?
Tam vastum nec enim raro sine numine Diuum
Ac capite ad calcem conficiatur opus.
Ergo trias fuit ista tibi comes, usq; labores
Vsq; tuos plausu iuuit, & usq; sono.
Nec secus ac mellis formatrix Dadala, mane
Chloridos ut varios lustrat hianter opes.
Nunc clepit hic Rorem maris, illic suarve Apiastrum
Atterit & Tymbra crura Thymoq; grauat.
Vix domum sero repetit, largoq; vacantes
Cellarum stipat nec auis imbre sinus.
Sic quoq; thesauros omnes, monumentaq; uatum,
Aeternum Genius quous dedit esse decus,
Iudicii docto ungue legis scitog; sequestras
Ordine, cunctorumq; usus apta facis.
Immodicus certe labor, & non debitus unis
Horarum rapuit millia multa tibi.
Millia multa, ahis longe qua dedere curis
Ingenio fuerat res magis digna tuo.
Ingenio; multum quo dia superbit Athena,
Quo Medicina albis sacra triumphat equis.

Iure

Iure sed utilitas vicit communis, & in re
Non puduit tenui continuare moras.
Si res illa tamen tenuis, quam nemo priori
Tentare ausus & hoc tempore nemo fuit.
Si res illa tamen tenuis, juvenilior aetas,
Qua sine vincula pedes hareat, atq; manus.
Aut inter vepres preruptaq; saxa senescat
Ad melicas nunquam gnara venire Deas:
Gnostia sic Theseus Ariadna stamina temnat,
Si Labyrinthea nolit abire domo.
Narvita sic spernat magnetis futile punctum;
Sirapidis debet libidina nulla Notis.
Verum ut ut est, ista Smeti tua nomina donis,
Semper erunt caelo, semper honora solo,
Tale pater meritum nam nolet Apollo latere,
Letheove sineset Musa perire lacu.
Illud at inter Caelituum convivio festa
Sape oris referent murmure saepe lyra.
Palladi quoque volent texatur in aequore pepeli,
Credidit Heroum cui benefacta Dea.
At juvenum illa manus, Parnasi Musica Tempe,
Cui licet auspiciis jam penetrare tuis:
Qua non ingenti, qua non molimina vocis
Exferet, ingratam ne sit habere notam.
Seu Cyrrhea cita viridaria calce teruntur,
Seu bibitur Claris Pegasis unda labris:
Multa incisa tuo surget sub nomine Laurus.
Nomine multa tuo vena tumebit aqua,
Silvaq; ramorum Zephyris agitata secundis,
Smetium Olympiaci volvet ad alta poli.
Destruviumq; Hippocrenas vigilace susurro,
Smetium Atlantiaci volvet ad alta sali,
Vt quo cunque dies illustrior exit, & intrat,
Semper ibi fama munere clarus agas,
Qualiter in regum thalamis carbunculus ardens,
Sive Adamas montis, unio sive maris.
Seclaq; contigeris duplicata ubi Nestoris, umbras
Elijii nemoris non tamen umbra petes.
Sidereos totus sed demigrabis ad ignes
Erigones ubi lanx unaque & una nitet.
Quippe tibi duplex dederit cum munus Apollo,
Quoque clavis medicus, quoque poeta clavis:
Tunc quoque tunc etiam sua cuncta insignia tradet
Quoque clavis medicus, quoque poeta clavis.

Quare

Quare de pharetra viduatæ fornice fiet
 Sive sedile tuum sive cubile tuum,
 Culcitranæ desit: se deplumare sagitta
 Quæq; volat, molles exhibitura toros.
 Mox eadem illa decussatim, transversa rotaruntis
 Quatuor in speciem, se patietur agi
 Accedet Laurus fluido curvamine præsens,
 Timprohibere a stus, quam prohibere Notis.
 Arcus at ille Dei longus, te monis in usum
 Ibit utriusq; frequens cui latus obdet olor.
 Hic simul ac rostro chordas dissolverit arcum,
 Hisq; capistravit colla canora sibi:
 Imperie nutante tuo, per inaniam Mundi
 Omnia quo sulceris cunq; libido ruet.
 Nunc matutino jucunde affluaberis Euro,
 Nunc propius Borea fas erit ire domum,
 Et modo ad occidenti sistere cubilia Solis,
 Et modo ad Æthiopum fervida regna plagas
 Sin libet oppositos pedibus quoq; cernere nostris
 Antipodas, ipsi silicet hospes eris.
 Interea multus cantabit ab arbore Gallus
 Baccifera, arguti qui regat oris aves,
 Nam tibi plumigeris cincto latus omne theatris,
 Alaq; pennipotens plaudet ovante sono.
 Mutaq; Dauliadum vox amula vocibus, alio
 Murmure non simplex præcipitabit epos.
 Accinet: hinc lingua soboles atq; aeris Echo.
 Gestiet & totos posse referre modos.
 Inde vacillanti nutabunt vertice montes:
 Assurgent trepidis & nemora alta comis.
 Parte alia valles simul attollentur & antæ,
 Stabit & immoro fluminis unda pede.
 Suggestet haud visos unquam Natura colores,
 Coctaq; sudabit Salsama rupis apex.
 Omnia gaudebunt aliisq; silentibus auris
 Imperium Zephyrus solus habebit agri,
 More satellitii comitabitur alma iuventus,
 Gloriaq; & nullo tegmine Fama gravis.
 Hæc clangore tuba gentes populosq; movebit,
 Vocis ut harmonicis excipere sonis.
 Illa animos in te vertant dabit, ac tibi jam nunc
 Templorum incipiant ædificare tholos.
 Tertia perfundet virvo medicamine membra,
 Torpentis Senis ne premas illa gelu.

Sed velut ille ales, sibi qui sobolesque paterque est,
 Flore juvenutis mox redeuntis oves.
 At quum jam propior, Smeti, radiantibus astris
 Succedes, Phœbitunt age sume chelyn.
 Suma chelyn, chordasque manu percurrere volucris,
 Chordarumq; juvent verba diserta melos,
 Fallori an haud citius primo tentaveris ictu.
 Cognita Latio sila & amata Deo?
 Quin tibi calorum concorde melismate contra
 Responsent orbis perpetis harmonia.
 Sic sane: Autumniq; foris laxabitur ultero,
 Virginis Erigones ut capiare sinu,
 Astrumque invident tacite vicinuis omne,
 Opret & istud ei praripuisse decus.
 Sustentare sua tibi mallet utrumque bilance
 Libra padem: ipsa tuis stare Corona comie,
 Scorpiis exsultat, caudaque minacis acumen
 Odit in amplexus pronior ire tuos,
 Hinc motu cauda, gannitu hinc vocis adular,
 Arcturiq; manu par sitit ire Canum.
 Respicit ipse Leo, postoque horrore jubarum,
 Tergore tale velit pondus habere suo.
 Versa pedes erecta duos tibi saltat: & Anguis
 Bis ter amet tollo stare monile tuo,
 Se Crater vis sede tenet: cuperet que capaci,
 Ventre fovere tua pharmaca mixta manu,
 Nec prorsum illepide, nam quamvis nostra venena
 Haud habeant illis se penetrare locis:
 Te tamen humani generis quoque pristinus illic
 Legitimo, Smeti, jure sequetur amor.
 Quoque mage ex facili concessum erit inde jurare,
 Hoc homines cupies nempe jurare magis,
 Quando igitur sidus stat Olympo rarius, orbi
 Quod noceat nunquam, porro sed usque juvet
 Tu contra nullo radiati tempore vultus
 Luminibus terra tantula damna feres.
 Sed nova sufficies potius mortalibus agris
 Gaudia, Pandora qua periere dolo:
 Mirabisque adeo in melius passim aetheris astris,
 Stelligero quotquot vertice torquet Atlas,
 Non vento Arcturus, non imbre minabitur hædæ,
 Frigore non uret Capra, nec igne Canis.
 Abjiciet clavam gladiumque comosus Orion,
 Contrahet & cauda virus anile Nepa,

Verna-

Vernaq; temperies toto dominabitur anno,
 Reddet & augusto fenore semen ager,
 Vnda feret pisces: volucres dabit aura salubres.
 Nec furet Oceani, nec furet ira Iovis,
 Tantaq; compositis surget Pax rebus, & Arma,
 Sic Ianus claudet cruda tenace sera:
 Vna sit ut cunctis concordia partibus orbis,
 Vna sit ut pietas protinus, una Fides,
 Tabida sed Tussis contra, sed obunca Podagra,
 Sed capitis grauior, sed stomachi ille dolor:
 Morsq; rapax, Mortisq; soror primaria Pestis,
 Febris & atrarum signifer Eumenidum,
 Aut paruida mæsta antra petent Acheruntis, avitas,
 Hic ubi Enyo & adas, hic ubi seruat Eris:
 Aut sua membra Prometheis stricta undique vinculis
 Caucaæ pascant vescere rupis aves.
 Plaudite io populi, quot quot Lux annua ab Indis,
 Lustrat ad Hesperii cana fluenta maris.
 Vera loquor, ventura loquor, quaque Atropos olim
 De puero ad cunas vaticinata Dea est,
 Vaticinata Dea est, clarum ergo plaudite namq;
 Diua nequit falli, fallere Diua nequit.

IOAN. PISCATORIS THEOLOGICI
 Herborenensis, ad Henr. Smetium compatrem
 honorandum, Epigramma.

Isthoc non temere es dictus cognomine Smeti,
 Quod est faber ferrarius.
 Ut faber emollit ferrum densa igne; deinde
 Crebris fatigans ictibus,
 Cudendo varias eductitat inde figuras;
 Limâque postea perpolit:
 Sic igne ingenii mollis tu verba; deinde
 Carmen figuras quod libet:
 Post adhibes studiilimam; multumque terendo
 Et hinc, & inde perpolis.

Anno 1603

CA-

CATALOGVS
 VETERVM POETARVM, ET
 AVCTORVM, QVORVM VERSVS
 hoc libro producantur, & quo pleriq;
 tempore vixerint.

Lucius		Calphurnius, cum Nemesiano, sub Ca-	
Editius	} ante Christum.	ro. Anno	288
Emilius Macer,		Capella Martianus,	470
Isidorus		Catullus,	
Gellius		Cicero,	
Albinus		C. Gilivius Mecenas } ante Christ.	
Alphius Avitus, Anno	440	Cinna Helivius,	
Ambrosius, Anno	399	Claudianus, Anno	400
Amoenus, cum Prudentio.		Cneus Marius, ante Christum.	
Andromachus, sub Nerone.		Columbanus, Anno	550
Anthologia Græca.		Columella, sub Claudio.	
Angelus Politianus, vixit an.	1481	Cor. Gallus,	
Apuleius, Anno	380	Cor. Nepos, } ante Christum.	
Arator, Anno	560	Cor. Severus,	
Archytrenius, seu, Iohannes Sarisbari-		Cratinus, ante Christum.	
ensis, vixit anno	1182	Cunradus Celtes, vixit an.	1470
Aristophanes, ante Christum		Cyprianus, Anno	250
Arsenius, Anno	300	Damasus, Anno	386
Athenæus, sub Antonino	166	Domitius Marsus, ante Christum.	
Augustus Cæsar, ante Christum.		Dracontius ante Ambrosium.	
Avienus, sub Theod. seniore.	390	Drepanus, Anno	380
Avitus Alcimus	490	Egnatius Vlpus	
Aulus Serenus, ante Christum.		Ennius, ante Christum.	
Aur. Olymp. Nemesianus, sub Caro.		Euchena, poetria, ante Maurivium.	
Ausonius, Anno	490	Fannius Palæmon, sub Claudio.	
Baptista Mantuanus, Anno	1490	Fortunatus, Anno	570
Cæcilius, ante Christum.		Fulgentius, Anno	497
		Furius Bibaculus, ante Christum.	

;) () : C Gallus

Gallus Corn. <i>ante Christum.</i>		Palæmon, <i>sub Claudio.</i>	
Gellius, <i>Anno</i>		Palladius, <i>sub Theodosio.</i>	
Gerbertus, <i>Anno</i>	983	Pamphilus, <i>sub Constantino.</i>	
Germanicus Cæsar, <i>ante Christum.</i>		Papinius Stadius, <i>sub Domitiano.</i>	
Gratius, <i>Ovidii coætaneus.</i>		Paulinus Consul, <i>Anno</i>	377
Gregorius Magnus, <i>Anno</i>	596	Paulinus Episcopus, <i>Anno</i>	460
Hadrianus Cæsar, <i>Anno</i>	130	Pedo Albinovanus, <i>ante Christum.</i>	
Helpidius Rusticus, <i>Anno</i>	500	Pentadius, <i>ante Theodosium.</i>	
Helvius Cinna, <i>ante Christum.</i>		Perfius Flaccus, <i>sub Nerone.</i>	
Hesiodus, <i>ante Christum.</i>		Petronius Arbitr, <i>ante Christum.</i>	
Hilarius.		Plautus,	
Homerus.		Pomponius,	} <i>ante Christum.</i>
Horatius,		Portius Licinius,	
Iulius Lacer,		Porphyrius, <i>sub Constantino.</i>	311
Iuvenalis, <i>sub Domitiano,</i>	90	Priscianus, <i>sub Iustiniano.</i>	551
Iuencus, <i>Anno</i>	332	Propertius, <i>ante Christum.</i>	
Laberius, <i>ante Christum.</i>		Prosper, <i>Anno</i>	46
Lactantius, <i>Anno</i>	332	Prudentius, <i>Anno</i>	400
Laurea Tullius, <i>ante Christum.</i>		Publ. Mimus, <i>ante Christum.</i>	
Laur. Lippius, <i>Anno</i>	1482	Quinctus Catulus, <i>ante Christum.</i>	
Licentius, <i>cum Augustino,</i>	410	Q. Serenus Samonicus, <i>Anno</i>	240
Licinius Calvus,	} <i>ante Christum.</i>	Quinctus Rhem. Fann. Palæmon.	
Livius Andronicus,			<i>sub Claudio,</i>
Lucanus, <i>sub Nerone,</i>	56	Rufinus Floridus, <i>Anno</i>	411
Lucius,	} <i>ante Christum.</i>	Rufus Festus Avienus, <i>sub Theodosio</i>	
Lucretius,		<i>seniore,</i>	394
Macer Æmilius, <i>cum Ovido; sed qui</i>		Rusticus Helpid. <i>Anno</i>	500
<i>exstat de herbis, non est ille.</i>		Rutilus C. Numatianus, <i>sub Honorio</i>	
Mamercus, <i>Anno</i>	480	<i>Anno</i>	400
Manilius, <i>ante Christum.</i>		Sedulius, <i>Anno</i>	430
Marcellus, <i>sub Theodos. seniore.</i>		Seneca Tragædus, <i>ante Martialem.</i>	
Marcus Varro, <i>ante Christum,</i>		Septimus Serenus, <i>ante Christum.</i>	
Martialis, <i>sub Domitiano</i>	90	Serenus Samonicus, <i>Anno</i>	240
Martianus Capella, <i>Anno</i>	470	Severus sanctus, <i>ante Theodos.</i>	
Marullus, <i>sub Antonino</i>	160	Sidon. Apollinaris, <i>sub Leone, Anno</i>	460.
Maximinianus, <i>sub Galli nomine.</i>		Silius Italicus, <i>sub Domitiano,</i>	94
Merobaudus, <i>Episc.</i>	1050	Solinus Polyhistor, <i>sub Vespasiano.</i>	
Merobæus,	1050	Stadius, <i>sub Domitiano,</i>	90
Navius, <i>ante Christum.</i>		Suevius, <i>ante Christum.</i>	
Nemesianus, <i>cum Calphurnio.</i>		Sulpitia, <i>poetria sub Domitiano.</i>	
Nicaner, <i>ante Christum.</i>		Sulpitius Lupercus Servastus.	
Oppianus, <i>sub Bassiano Caracalla,</i>	218.	Symmachus, <i>Ansonii coætaneus.</i>	
Ovidius Naso, <i>ante Christum,</i>		Symphosius Cælius, <i>ante Christum</i>	
Pacuvius, <i>ante Christum.</i>		Terentius, <i>ante Christum.</i>	

Terent-

Terentianus, Anno	440	Valerius Flaccus Anno	80
Tertullianus, Anno	210	Varius Valgus, ante Christum.	
Theocritus,		Varro Aracinus ante Christum.	
Tibullus,		Victor Massiliensis, Anno	460
Titus Valgius,	} ante Christum.	Victorinus Pictaviensis, ante Con-	
Turpilius,		stantinum.	
Valerius Cato,		Virgilius Maro, ante Christum.	
Titinnius,		Vocatus Sedigitus, ante Vespasianū.	
Valerius Aedituus, ante Christum.		Vipius Egnatius, ante Maurisium.	

) : O : (2 METHO

andis.
 1000. 10.
 Constantino.
 sub Domitianus
 Anno
 us, Anno
 us, ante Christum.
 Diodotum.
 sub Nerone
 ante Christum
 } ante Christum
 Constantino
 Augusto.
 e Christum.
 no
 ante Christum.
 us, ante Christum.
 onicus, Anno
 m. Faustina
 us, Anno
 Avianus, sub
 id. Anno
 matianus, sub
 dos, ante Alex
 us, ante Constantino
 nicus, Anno
 us, ante Theod
 naris, sub Lam
 sub Domitian
 us, sub Domitian
 onianus,
 Christum.
 ia sub Domitian
 us Servatus.
 Augusti coetern
 celus, ante Christum.
 Christum.

METHODUS DI-
GNOSCENDARUM SYLLA-
BARVM EX GEORG. FABRICII

CHEMN. De Re poetica lib. I. aliquot
locis à nobis castigata.

In syllabarum dignotione observanda est collocatio & quantitas. Collocatio quidem, qua primæ, mediæ aut ultimæ existunt. Quantitas, qua longæ, breves, aut ambigüæ dicuntur. Collocatio cuius aperta est, verum in quantitate ea est differentia: quod syllabæ vel in genere, vel in specie cognoscuntur.

In genere cognitio fit: positione, & diphthongo, quæ omnibus accidunt syllabis easque longas faciunt: Item regula & exemplo, quibus aut productæ, aut correptæ esse possunt. Præterea in genere etiam cognoscuntur vocali ante vocalem, & derivatione.

In specie cognoscuntur, secundum positum syllabarum. In primis syllabis: præpositione, compositione & resolutione. In mediis: accentu & diminutione. In ultimis terminatione vocalium, aut consonantium.

DE OMNIBVS SYLLABIS
IN GENERE.

DE POSITIONE.

Positio fit aut usitate, aut minus usitate.

Usitate quidem, juxta vulgarem consuetudinem, idque, vel revera, sequentibus vocalem duabus, pluribusve consonantibus: aut litera geminata, idque, aut in una eademque dictione: ut *annis, ferrum*, aut in dictionibus diversis, ut *In rebus secundis vive beatus.*

Vel facultate: cum è duplicibus aliqua, qualis X & Z vocalem sequitur, ut *pix felix, gaza, maza*, ut.

Felix & ponere vites.

Item.

& *Troia gaza per undas.*

Vellitera inter duas vocales posita: *Ajax,*

Domini scuti septemplex Ajax.

Item

GEORGII FABRICII.

Item hæc voces. *Trajectus, Lynceus, Harpyis, ut,*
Pectora trajectus, Linceio Castor ab ense.
Vellem ait Harpyis gula digna rapacibus esset.
 Minus vero usitate sed (ut veteres vocant) modo quodam, vel,
 Cum dictio, quo vocali terminatur, ab altera dictione à duabus aut tribus
 consonantibus, incipiente, excipitur, solito Græcorum more, ut Ovid.
Officij causa pluribus esse dati. Item.
Nil opus est morte pro me, sed amore, fideq̃.
 Hoc ne quis cæsura attribuat: sunt & alia exempla.
 atull. *Nulla fugaratio, nulla spes: omnia muta. Item.*
 ibull. *Pro segete spicas pro grege ferre dapem.*
 Plerique enim faciunt Virg.
Ponite spes sibi quisque.
 Ovid. *Virere spe vidi qui moriturus erat.*
 orat. *Sape stylum veritas.*
 orat. *Linguis insani ridentes premia scriba.*
 In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.
 Vel cum particula enclitica, quæ in fine producitur. Ovid.
Fluminaq̃ montesq̃ in altis profusa sylvas.

OBSERVATIO.

Si post mutam liquida sequitur, triplex observatio studiose annotanda est.

1. Syllabæ positione longæ breves fiunt, ut *Atlas, Progne*. Ovid.
Hercule supposito sidera fulcit Atlas. Item:
Ad mandata Prognæ agit sua vota sub illis.
2. Contra, breves syllabæ propter eandem positionem fiunt longæ, ut *veris* Ovid.

Et primo similis volucris, mox vera volucris. Eodem pertinent.

<i>Atrides</i>	<i>Hadria</i>	<i>Lugubris</i>	<i>Quadrupes</i>
<i>Cedrus</i>	<i>Hetruscus</i>	<i>Meretrix</i>	<i>Supremus</i>
<i>Cupressus</i>	<i>Latronis</i>	<i>Patris</i>	<i>Tenebra</i>
<i>Cyclops</i>	<i>Ludærus</i>	<i>Patroclus</i>	<i>Trinacria</i>

3. Syllabæ vero naturæ longæ, propter mutam & liquidam, breviori nunquam possunt, ut *matris à mater, atri ab ater, acris ab acer, latro verbum.* Item
salubris, lavacrum, compotrix.

DE DIPHTHONGO.

Diphthongus est duarum vocalium connexio, quæ syllabam naturæ longam
 it, ut *Aurum, Eunuchus, Ætas, Oestrum, Thales.*

Diphthongus interdum corripitur, idque fit,

1. Vel in compositione, ut *præire, præesse, præbendo.*

ut Ovid. 7. *Metam.*

6
Quas ubi viderunt praecura cuspidis hastas.
 Hoc tamen non est perpetuum, ut *Ææa. Virg.*

Inferniq; lacus Ææaq; insula Circes.

Vel extra compositionem, Græcorum more, quod tamen apud Latinos est rarius Virg.

*Insula Ionio in magno, quas dira Coleno,
 Harpiaq; colunt alia.*

DE REGVLA.

Regula est observatio, usu & consuetudine comprobata, raro aut nunquam absque exceptione.

Regulas autem annotabimus se decim.

I. Contractio longam semper facit syllabam, fitque 1. aspiratione adempta, ut *Nil*, pro *nihil*, *Mi* pro *mihī*.

2. Consonantibus oblitteratis, ut *Ni* pro *nisi*, in quo sibilus oblitteratur. *Quis* pro *quibus*, sicut in *heic* & *isteic*, atque ita libros veteres habere, nisi *quis* ex *quīs*. Vnde nonnulli scribunt cum circumflexo *Quis*, in marmoribus antiquis cum *I* longa duplicata *quīs*: alii censent cum diphthongo scribendum, *queis*.

3. Vocalibus coalescentibus, ut *Di* pro *Dii*, *Cui* pro *Cuii*, Hujus generis sunt illa de Græcis. Virg.

Ilionei monitu, & multum lacrymantis Iuli.

Item *Dido*, Ovid.

For sitan & gravidam Dido scelerate relinquit.

II. Apostrophus syllabam reddit, vel in aliquibus brevem.

Vt Virg. 9. *Æncid.*

Viden' ut gemina stent vortice crista.

Ovid. in *Heroid.*

Nostrin' an occiderint mecum locos.

Vel in nonnullis longam. Horat. in *Serm.*

Illuc unde abis redeo, nemon' ut avarus,

Virg. 1. *Æncid.*

Tun' illo Æneas quem Dardanio Anchisa,

III. Monosyllaba fere producuntur, in nominibus, in pronominiibus, verbis, adverbis, in conjunctionibus.

Excipiuntur *Mel, fel*. Item verba *stat, fit, ut,*

Virg. — *positis stat in agmine castris.* Item.

Mart. — *aliter non fit Avite liber.*

Item *A* d' verbia: *An, bis, ter, ut,* præpositiones: *In, sub,* de quibus mox plura.

IV. Præterita duarum syllabarum priorem producunt omnia excepta *lex, Bibi, dedi, fidi, scidi, steti, tuli*, quod apparet ex compositis, *ebibi, addidi, diffidi, confcidi, affui, abfui*. Horat.

— *diffidit urbium*

Portus vir Macedo,

V. Præter
 tem corrup
 uia eade, q
 Dicitur a d
 arudo.
 Excipiuntur
 im eit.
 VI. Præter
 (ad arci, d
 VII. Supra
 Excipiuntur
 eum, Sciam, R
 Scaram an
 VIII. Ter
 modis omib
 Legere, p
 ram, Leg. Sem
 IX. Voc
 Dicitur dicit
 prima syllab
 narar, que t
 quandoque:
 Tantis dem
 Thura l
 cedit, produ
 do corrupit
 Si ma
 Quam eti
 C
 Hoc præce
 Ad
 Molo negl
 Eri
 Quam pe
 I. Nom
 ut iohann
 Orino quod
 int.
 Sicam
 natura poss
 cedentes de
 trum non rec
 pulle, sed
 priorem gen
 V. H

V. Præterita, quæ Græcorum modo argumentum in initio habet, primam corripunt, & nisi obstat positio, non minus & mediam, ut *Cecidi à cado, fefelli à fallo, pepuli à pello, tetigi à tango*, & antiquum retuli, *Didici à disco, momordi à mordeo, sponondi, totondi, cucurri, pupugi, cusu- da tundo.*

Excipiuntur duo: *Pepodi à pedo, Cacidi à cado*, quorum media longa tantum est.

VI. Præterita in *vi* in unam syllabam desinentia mediam producunt, ut *lectari, deleui, agnoui, ambiui.*

VII. Supina duarum syllabarum producuntur.

Excipiuntur novem, *Catum, Ratum, Situm, Citum, Itum, Litum, Qui- um, Sium, Rutum.*

Statum anceps fuerit apud veteres.

VIII. Tempora verborum, quæ à præsentibus veniunt, ejus quantitatem in modis omnibus servant, ut *Lego, Legebam, Legam, Lege, Legito, Legorem, egere*, puta omnia prima brevi. Similiter quæ à præteritis, ut à *Legi, Lege- am, Legissem, Legerim, Levero, Legissem*, omnia prima longa.

IX. Voces quædam separatim longæ in compositione contrahuntur, ut *Vin* in diurnus, *Quando* in quandoquidem. Huc pertinent *siquidem* in rima syllaba: *Totidem* in media, *Quomodo* in ultima. Item *Dicier, Domi- arier*, quæ sunt accessione figurata. Excipiuntur *Quandocumque, ubique, uandoque*: quæ in compositione quantitatem non mutant.

Tantidem dubium est, sicut & *Liquefacio*. Ovid.

Thura liquefaciunt. Vbi poeta usitate eam, quæ antepenultimam ante- edit, produxit. Nam simplex secundæ est coniugationis. Eam contrario mo- do corripuit idem auctor.

Si mea perpetuis liquefunt pectora curis.

Quam etiam semper corripit Virg. ut 4. Greg.

frigore mella

Cogit hyems, eademquæ calor liquefacta remittit.

Hoc præceptum modo observavit Catullus in Hymno.

Alta tepesceret permixta flumina cado.

Modo neglexit ad Malliam.

Frigida deserto tepescit membra cubili.

Quem in postremo sicuti idem Virg. & Ovid.

X. Nomina propria eandem perpetuo quantitatem non retinent ut *Sichæus* apud Virgilium. *Pelion, Pyrene* pro monte, *Fidena, Curetes, Orion* apud alios poetas interdum primam producunt, interdum corripunt.

Sicanus & Italus apud Virgilium, *Arabs* apud Propertium primam natura possident brevem: Sed in derivatis, *Sicania, Italia, Arabia* de- cedentes de jure suo, eandem producunt, alioquin in carmen hexame- trum non venient. *Cybele* commune habet penultimam, *Oenotria, A- pulia, Sidonius, Ionius*, ante penultimam. Huc pertinent nominum pro- priorum genitivi, ut *Orion Orionis, & Orionis, Syphax Syphacis, &*

)O:(4

Sypha-

Syphacis. In his non omnium auctoritas est sequenda, sed probatissimorum præcipue.

XI. Particulæ illiteratæ nominum numeralium in compositione sunt *bi*, *tri* Horat.

Bimaris & *Corinthi* *Mænia.*

Ut Virgil. & *forma tricorporis umbra.*

Excipe *Biduum* & *Triduum.*

Item, *Tre*, ut in nominibus *Tredecim*, *Trecenti*,

Virg. *Expertos belli iuvenes, astitit Trecentos.*

Item *Du*, ut *Duplex*, *duplus.*

XII. Variatio significatiōis variat interdum numerum, ut *Tribula* & *Tribulus.* Virg

Tribulaque, Trabeaque, pro instrumento rustico Item.

Lappæq, tribulaque absint, pro herba & spinæ genere, quæ variato genere etiam spectatur.

XIII. Diminutiva nomina ab origine primitivorum plerumque ducunt, ut *Mamilla* à *mamma*, *quasillus* à *quale*, *sigillum* à *signo*, *osella* à *os*, quæ prima leguntur brevi: ut *A pugna pugillus*, à *fiabro fiabellum*, quæ prima sunt ancipites.

XIV. Patronymica mediam habent dubiam, discretionis gratia, ut *Belides* & *Belides.* Ovid.

Surge age Belide, de tot modo fratribus unus.

Vbi loquitur de nepote Beli. Item idem alibi.

Quas gerunt humeris perituras Belides undas.

Vbi sermo est de eiusdem nepotibus. In primo est *Belides Belide* in masculino: in altero *Belis Belidos* in fœminino.

XV. In verbis desiderativis antepenultima in quibusdam corripitur, ut *Esfurio, parsurio.* Horat.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

In quibusdam producitur, ut *securio, ligurio* Idem.

Semesos pisces, tepidum liguriteris jus.

XVI. Verbis aliquibus utraq; quantitate poetæ utuntur, ut *rudere*, quod ferarum est. Persius.

Endor, aut Arcadia pecuaria rudere credas. At

Virg. *Sera sub nocte rudentem.*

Vibro & *flagro* priorem fere habent productam, sed illud Catullus in epigrammate, hoc Virg. in Georg. corripit,

His addit *Migro* & *Fragro.*

DE EXEMPLO.

Exemplum nihil aliud est, quam laudata bene scribentium auctoritas.

Ad exempla comparanda lectione & exercitatione opus est: in primis autem probanda sunt Virgilii, Horatii, Tibulli, Ovidii, Propertii, & qui his simillimi sunt. Apud alios autem multa reperiuntur, quæ interdum obler-

observatione, quam imitatione sunt digniora, de quibus ad finem admon-
bimus.

DE PRIMA AC MEDIA SYLLABA
IN GENERE.

Syllaba prima ac media proprias rationes habent, præter eas, quæ dictæ
sunt, quibus dignoscantur.

DE VOCALI ANTE VOCALEM-

Si vocalis vocalem antecedit, syllaba usitate corripitur, sed id mutatur tri-
bus modis.

I. Imitatione Græcorum, idque vel propter vocales longas, ut in *A-
er, Chæon, Briseis, Ixion, Aones, Herois*: vel propter diphthongos, ut *AEge-
on, Medea, Laodamia, Orion, Orcades*. Huc pertinent Accusativi illi Ionici, a-
pud Virgil.

Ilionea petit dextra. Idem.

Idomeneæ ducem regnis cecisse paternis.

II. Consuetudine Latinorum, ut *Diis, Speciei*, & apud Lucretium in o-
mnibus genitivis & dativis quintæ, quod etiam imitatur poeta Christianus
Paulinus, ut

Nuda fides armata Deo est, virtute fidei.

Fortior Ezechias.

Item in genitivis pronominum, *Nullius, illius, unius, utrius*, qui sunt na-
tura breves sed dubii auctoritate, *alius & solius* nunquam breves sunt. *Alte-
rius* vero nunquam est longum, nisi apud Ennium, teste Prisciano. Idem in
verbo *fi*, quando litera R vocalem non sequitur, ut *fiam, fiebam*. Nam *fieri*
& *fieri* excipiuntur, quam dictionem ostendit Ovidius.

Omnia jam fient, fieri quæ posse negabam.

Idem fit in interiectionibus, ut *Obe, Eheu*.

III. Vsu poetarum, ut apud antiquos in resolutione diphthongi. Ennius
apud Persium.

Lunæ portum est opere cognoscere ci ves. Idem Virg.

Exerces Diana cohors. Item.

Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Sed utrumque est figuratum, ut & illa sunt, *Rhea*, pro sacerdote, *Malea*
pro promontorio. Simpliciter enim solent corripri, interpolatione vero voca-
lis produci.

DE DERIVATIONE.

Derivata sequuntur quantitatem primitivorum suorum, ut *Curate* ver-
bum primam habet longam, à nomine *Cura*, teste Ovidio.

Cura quid expedit, prior est, quam quid sit honestum.

)(:)(5

Pecu-

Pecunia primam corripit, venit enim à pecu vel peccore. Horat.

Et genus & formam regina pecunia donat.

Hæc autem regula variat rationibus contrariis. Interdum enim

I. A brevibus dictionibus fiunt derivationes longæ, ut à *penu penuria*, à *ferus feralis*, à *macer maceror*, à *fruendo fruges*, à *cado casus*, à *moveo mobilis*, à *bacillo imbecillus*, à *lino litera*, à *sedeo sedes*, à *nare naturo*, à *statum staturus*, ab *homo humanus*, à *quater quatuor*, à *novem nonus*, à *secus secius*, à *Cerere ceritus*, *Chia insula Chius* adiectivum.

Horat.

Roma laudatur Samos & Chios, & Rhodos absens.

Item Tibull.

— *Veteres proferte salernos.*

Consulis, & Chio solvite vinsla cado.

Sed fieri id minus mirum in verborum præteritis : ut à *gigno genus*, à *possum posui*, & similibus.

II. A longis dictionibus, existunt derivationes brevès, ut à *sopio sopor*, à *dicere dicax*. Item *Maledicus, fatidicus*, & similia ab *ire iturus*, à *vitare vitium*, ab *odisse odium*, à *stare statio & stabilis*, à *pene penitus*, à *mole molestus*, à *differo dissertus*, à *fidere fides*, à *fari fatus & affatim*, à *sagio sagax*, à *luceo lucerna*, à *nubo pronubus*, à *strideo strigos*.

Huc pertinent diminutiva quædam, de quibus supra.

III. A brevibus atque longis inveniuntur derivationes multiplices, ut *quotidie* à *quoto die*, primum apud Catullum producit, apud Martialem vero corripitur. Alteram syllabam producit apud Terentium, corripit autem apud Catullum. *Vitium* à *vievi* regulariter penultimam producit, ut apud Lucretium : contra eandem corripit, ut apud Comicos & Horatium, à *stare fatus*, priore brevi apud Horatium : eadem longa apud Terentium, à *semetum, abstemius*, antepenultima longa. Ovid.

Vina fugit audet quo meris abstemius undis.

Ab eodem *temulentus*, utraque brevi in initio. Terent.

Perii temulenta es, utinam sic sint, qui mi male volunt.

Quando in quandoque longa est, at in *quandoquidem* brevis. A *nubo consubium*, antepenultimam longam habet origine: brevem auctoritate. Plura si volunt, colligent studiosi hæc admonendi studio apposuimus.

IV. A diversis dictionibus, sed inter se similibus sunt derivationes indifferentes, ut *liquidus* à deponente verbo *liquor*, primam producit : sed à neutro *liquor* eandem corripit, manifesto Lucretii testimonio, lib. 4.

Crassaque conveniant liquidis & liquida crassis.

V. Huc referri potest, quod de personis pluralibus modi conjunctivi dicitur, temporum præteriti & futuri. Nam discriminis gratia produci futurum volunt. Catull.

Dam cum millia multa fecerimus. Ovid.

Et maris Ionii transferitis aquas.

Eadem syllaba in præteritis corripitur.

Hæc ubi dixeritis, servet sua dona rogatio.

GEORGII FABRICII.
DE SYLLABARVM QVANTITATE
IN SPECIE.

11

DE PRIMA SYLLABA.

Prima syllaba cognitionem singularem triplicem habet.

DE PRÆPOSITIONE.

Præpositionum aliæ in compositione sunt
Breyes, ut Ab, Ad, In, Ob, Per, Sub, & inseparabilis Re, quæ longa sit, vel dif-
ferentiæ causa, ut Refert pro utile est, vel figurate, ut Recido. Ovid.
In quem recidimus, quidquid mortale creamur.

Idem Reduco. Horat.

Dii tibi dent capta classem reducere Troia.

Aliæ sunt longæ, ut A, E, D, O, Pro & inseparabiles Di, Co, Se, Hæ, vtro mu-
tantur dupliciter.

1. Vocali ante vocalem, ut Deamo, dehisco.

Item Coactus, seorsum.

2. Vt in auctororum, ut dmitto prima brevi. Horat.

Pleraq; differat & in præsens tempus omittat.

Di corripitur in verbo Dirime, & in nomine Disertus.

Pro in multis est anceps, ut in Procella, profundo, propello. Lucr.

Parvula causa

Est satis, à tergo quæ provehat, atq; propellat.

Corripitur in certis nominibus, ut Procella, profastus, profugus, profundus,
pronepos, protervus, propago, pro genere, propola, pro mercatore.

Item in verbis, ut Proficiscor, profiteor, profano, propino.

Item in adverbis, ut Proinde, profecto.

DE COMPOSITIONE.

Compositio est, cum orationis pars simplex cum alia jungitur, & ex
compositi accentu quantitas judicatur, ut Decus, dedecus; Ego, egomet. Fero,
profero, quidem, siquidem, correpta penultima. Rurfus, clarus, præclarus, duro,
abduro, quando, quandoq; mirum, permirum, penultima producta.

DE RESOLUTIONE.

Resolutio est compositioni contraria, cum vox aliqua reducit ad sim-
plices, & ex litera finali apparet quantitas: ut Vinam & quoties, primas ha-
bent breves, quia, ut & quod corripiuntur. Sicubi & Quinciam primas pro-
ducunt, quia Sic & Quin longa existunt. Quædam excipiuntur, ut Diu & Diu-
turnus, de quibus supra in regulis.

DE MEDIA SYLLABA.

Media syllaba speciatim, non satis facilem & explicatam cognitionem ob-
tinet, cognoscitur modis duobus, accentu & diminutione quibus utriq; syl-
laba anceps & incerta est,

DE

DE ACCENT V.

Accentus est depressio aut elevatio syllabæ

Adhibetur accentus in nulla alia syllaba, quam in penultima, quæ vel deprimendo corripitur, vel elevando producitur, ut *Facilis, Prodigus, Differere, Docere*. In cognoscendo penultima, ne quis similitudine fallatur, consideranda in vocalibus sunt hæc septem.

1. Natura, quæ se statim offert in casu recto, ut mediam productam habent hæc sequentia: *Hastile, erica, tibicen, peritor, Briseis, Getulus, Insuper*. Corrupta vero eandem obtinet, *missile, manica, tibicen, fidicen, infitor, Nereis, Rutulus, Vluher*.

In propriis Græca producentur, *Thrasylulus, Andronicus, Berenice* Latina corripuntur, *Atabulus* pro vento, *Hernicui* gentile.

2. Quantitas quæ ex obliquorum regulis disci debet, quæ usu observantur, ut *Iber Iberis, Brico Briconis, Calcar Calcaris, ferox ferocis, calor caloris, radix radicis* media differunt longa.

Contra vero *ather artheris, Myrindo Myrindonis, jubar jubaris, praxos praxois, frigus frigoris, calix calicis*, eadem brevi pronunciantur: Mediam in genitivis naturam habent quædam nomina propria, de quibus in generalibus regula decima dictum est.

3. Analogia, quæ nominum diversorum est æqualitas propter similitudinem derivationis: ut quemadmodum mediæ producuntur in *loquela, vinosus, alumen*: similiter in *medela, generosus, bitumen*. Et ut antepenultima brevis est in monumentum, ita quoque in documentum. Hæc enim si ortum spectes: sub eandem rationem cadunt.

4. Deductio, quæ est ante certorum nominum, & tantummodo adjectivorum: nam quæ à nominibus substantivis rerum animatarum descendunt, producent penultimam, ut *mustelinus, murinus, porcinius, anserinus, equinus, a mustela, mure, porco, anser, aquo*. Huc pertinent *mediastinus, clandestinus, festinus*. Quæ autem veniunt à nominibus rerum non animatarum, eandem corripunt, ut *crystallinus, adamantinus, coccinus, janthinus, crocinus, faginus, eupresinus*. Temporis vero dubia sunt. Quædam enim sunt longa, ut *masivus, vespertinus*, quædam corrupta, ut *crastinus, serotinus*.

Aut est certorum verborum in prima conjugatione, quorum aliqua producentur quæ actionem absolutam habent, ut *festino, inclino, propino*. Aliqua corripuntur, quorum actio ad aliud refertur, ut *inquino, contamino, destino, predestino*.

5. Etymologia, seu dictionis origo, quæ est omnium tam nominum, quam verborum, eaque solent investigari vel ex parte orationis, ut *Exilis*, nomen, & *Exilis*, verbum, quod enim nomen est, producitur. Lucan. libro. 4.

Glebis exilis Arisba.

Quod autem verbum corripitur, Horat.

Vicunq; fortis exilis purpura. Lamb. trim. vel investigatur ex variis partium accidentibus, ut *decoris à decus*. Virg. 3. A. Eneid.

Obli-

Oblitus à decorisq; suis, sosisinq; salutis,
Decoris à decor. Idem.

Divini signa decoris.

Item parere, pro obtemperare, Tibull. lib. i.

Longa dies homini docuit parere leones.

At parere pro eniti. Terent. in Andr.

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

Versus est lamb. trimet.

Hanc differentiam pulcre uno versu ostendit Alcimus.

Qui cum passurus ligno sublimis in alto

Penderet, nexusque & culpas penderet orbis,

Item cecidi à cado. Martial.

Et cecidit sanctis hostia parva focus,

Cecidi à cado. Ovid.

Sylva frequens trabibus, quam nulla ceciderat atas.

6. Significatio, ut oblitus ab obliviscor, media longa

Virg Nunc oblita mihi tot carmina.

Oblitus ab oblinor media brevi. Tibull.

Oblitus & mufco feriet pede rusticus urvas.

Ite in propago, alia est significatio nominis huius cum Virgil. canit *Gaudent propagine vites.*

Alia rursus hoc versu

Nimum vobis Romana propago

Visa potens superi.

Primum enim de plantis dicitur, alterum de hominibus. Valer. hæc eadem in primis syllabis. Ovidio canente.

At quondam vile fuistis acer.

Loquitur enim de arbore. Cum vero idem de equo.

Acer & ad palma per se cursurus honores,

aperta syllabæ est differentia apud eundem.

Verba puellarum foliis leviora caducis.

Quid leve sit, est notissimum. At apud Tibullum.

Carior est auro juvenis, cui levius fulgens ora.

7. Vius auctorum. Nomina quædam habent indifferentem penultimam.

Cacull.

Mucusq; & mala pituita nasi. Phalarc. Persius.

Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

Interim tamen meliorum semper prævalet auctoritas.

DE DIMINVTIONE.

Diminutio est proprie aliquot syllabarum de fine ademptio, donec ad res perveniat, à quibus correpto, vel mora accentu intelligitur.

Tibull.

Divitias alius fulvo sibi congerat anro.

In

In voce *divitias* sublata una de fine syllaba, ex eo quod reliquum est, ante penultima ejus dictionis apparet brevis.

Item in voce *confidentissimus*: Virg.

*Nam quis te juvenum confidentissime nostras
Iussit adire domos?*

Detractis de fine ejus tribus syllabis, restat *confidens*, quod mediam naturam & accentu producit.

Interdum quoque aliquid de initio detrahitur, ut derelicto simplici nomine deinceps etiam, quod necesse est, ad quantitatis scientiam tollatur, Iuven.

Inplerabilius nihil est, quam foemina dives.

In prima voce, praepositio initialis demitur, remanentibus sex syllabis, de quibus si detrahas tres finales, relinquuntur tolera trium syllabarum, quod mediam habere contractam indicat accentus.

DE VLTIMA SYLLABA.

Vltimae syllabae terminantur, aut literis vocalibus, quae omnes apud Latinos, u sola excepta, dubiae existunt, aut consonantibus, de quibus deinceps agemus.

TERMINATIO VOCALIS.

A.

Insanior	<i>In cruce suffigat Labeone insanior inter,</i>	Horat.
Insanius	<i>In sylvam non ligna ferat insanius, ac si,</i>	Horat.
Insanabilis	<i>Si tribus antyciris caput insanabile nunquam,</i>	Horat.
Insatiabilis	<i>Mox acquirendi docet insatiabile votum,</i>	Iuvet.
Insatietas	<i>Quorum animis avidis atq; insatiatibus,</i>	Plaut.
Insatiabiliter	<i>Insatiabiliter deshebimus, aternumq;</i>	Lucr.
Insatiatus	<i>—namq; insatiatus eundi Ardor.</i>	Stat.
Insatiabilis	Vide Saturo & Amabilis.	
Inscitia	<i>Quem mala stultitia, & quacunq; inscitia vera,</i>	Horat.
Inscitus	<i>Qui Deorum consilia culpet, stultus inscitusq; sit.</i>	Plaut.
Inscitissimus	<i>Sed tu quid istuc confugisti in aram inscitissimam.</i>	Plaut.
Inscribitur	<i>Per terram, & versa pulvis inscribitur hasta.</i>	Virg.
Inscrutabilis	<i>Cujus judicium sit inscrutabile & altum.</i>	Prosp.

Audet

Prud.	<i>Audet fecare nomen infecabile, lamb.</i>	Infecabilis
Horat.	<i>Vnde vocalem temere infecuta, Sapph.</i>	Infecutus
Virg.	<i>Insequar & quos Sidonia vix urbe revelli,</i>	Insequar
Virg.	<i>Insequor & causas penitus tentare latentes,</i>	Insequor
Mart.	<i>Insequeris fugio, fugis insequor, hac mihi mens est,</i>	Insequeris
Virg.	<i>Insequitur clamorq; virum stridorq; rudentum,</i>	Insequitur
Senec.	<i>Insequitur igne Caucasum, aut Pindum, aut Arhon,</i>	
Lucr.	<i>Infedabiliter sitis arida corpora mersans,</i>	Infedabiliter
Seren.	<i>Est insensibilis morbus, sed noxia forma,</i>	Insensibilis
Lucr.	<i>Ex insensilibus quod dico animalia gigni,</i>	Insensilis
Horat.	<i>Post infepulta membra different lupi, lamb.</i>	Infepultus
Virg.	<i>Infero Daphni pyros,</i>	Infero as
Virg.	<i>Inferat aut serobibus mandet mutata subastis,</i>	Inferat
Virg.	<i>Nec modus inferere, atq; oculos impone simplex,</i>	Inferere
Horat.	<i>Quem si puellarum infereres choro, Alcaic.</i>	Infereres
Horat.	<i>Ingerere huc appello, trecentos inferis, ohe,</i>	Inferis
Virg.	<i>Inferitur vero ex factis nucis arbutus horrida,</i>	Inferitur
Piud.	<i>Quos spargam flores, quibus infertabo coronis,</i>	Infertabo
Martial.	<i>Et volo te chartis inferuisse meis,</i>	Inferuisse
Prosp.	<i>Infervere animo, quamvis forte hoc quoq; vellens,</i>	Infervere
Horat.	<i>Concute, nunquam tibi vitiorum inferverit olim,</i>	Inferverit
Ovid.	<i>Qualia succinctis ubi trux infibilat Eurys,</i>	Infibilo
Virg.	<i>Insidiat quantus misera Deus —</i>	Insideo
Virg.	<i>Gens bello praclara jugis insedit Etruscis,</i>	Insedi præ.
Prosp.	<i>Corda quibus recti nihil unquam insederat & qua,</i>	Insederat
Horat.	<i>Ut patris atrenti, lenonis ut insidiosæ,</i>	Insidiosus
Mart.	<i>Insidiosorum si ludis bella Latronum,</i>	Insidiosorum
Virg.	<i>Ac veluti plene lupus insidiatus ovili,</i>	Insidiatus
Victor.	<i>Callidus extremis tantum insidiabere plantis,</i>	Insidiabere
Virg.	<i>Excipere insidiis, multum latrante Lycisca,</i>	Insidiæ
Horat.	<i>Insidiatorem praraso fugerit hamo,</i>	Insidiatorem
Virg.	<i>Floribus insidunt varis,</i>	Insido is
Virg.	<i>Et lituo pugnas insignis obibat & hasta,</i>	Insignis
Prop.	<i>Viximus insignes iater utramq; facem,</i>	Insignibus
Virg.	<i>Ipsi per medias acies insignibus alis,</i>	Insignibus
Virg.	<i>Auro insignibat tam setis obsita, jambos,</i>	Insignibat
Plaut.	<i>Tū ne uxor mihi insignitos pueros pariat postea, Tro.</i>	Insignitus
Plaut.	<i>Injuriam illis insignite postulat, lamb.</i>	Insignite
Aleim.	<i>Et titulus à prima vo insigniverit ortu,</i>	Insigniverit
	<i>Vide Acriter.</i>	Insigniter
Lucr.	<i>Insilia ac fusi radii, scapiq; sonantes,</i>	Infile
Horat.	<i>Insiliat, si jus liceatq; perire poetis,</i>	Insilito is
Ovid.	<i>Criminibus falsis insimulasse virum,</i>	Insimulo
Virg.	<i>Insincerus apes intulerit cruor,</i>	Insincerus
Virg.	<i>Insinuat pavor, & saculus expendisse merentem,</i>	Insinuo as

Ter-

Insinuentur	<i>Tempore tam faciles insinuentur opes,</i>	Prop.
Insinuatio	<i>Destinet os ambas eadem insinuatio Ponti,</i>	Avien.
Insinuatus	<i>Insinuatus amor proprias excedere vires,</i>	Prosp.
Inspidus	Vide Sapidus.	
Inspiciens	Vide Sapiens.	
Inspicienter	<i>Genua ut tu istuc inspicienter factum, sapienter feras,</i> Plaut.	
Insitor	<i>Insitor hic solvit pomosa vota corona,</i>	Prop.
Institus	<i>Vertere in alternis, mutamq; in sita mala,</i>	Virg.
Institio	<i>Et specimen sationis, & in stitionis origo,</i>	Lucr.
Institivus	<i>Et gaudet in stitiva decerpens pyra,</i> Iamb.	Horat.
Infociabilis	<i>Manifesta quam vis pectore infociabili,</i> Jamb.	Senec.
Insolabilis	<i>Illis internis stupor insolabile pectus,</i>	Paulin.
Insolabiliter	<i>Insolabiliter tamen, istuc mens animusq;,</i>	Horat.
Insolens	<i>Ludum insolentem ludere pertinax,</i> Alcaic.	Horat.
Insolitus	<i>— insolitis tremuerunt motibus Alpes,</i>	Virg.
Insonas	<i>Insonuere cave, sonitumq; dedere caverna,</i>	Virg.
Insopitus	<i>Terrigenasq; feros, insopitumq; draconem,</i>	Ovid.
Insuperatus	<i>Insuperata tua cum veniet pluma superbia,</i> Chor.	Horat.
Insuperatissimus	<i>O mi here salve Hanno insuperatissime,</i>	Plaut.
Inspico as	<i>— ferroq; facies inspiciat acuto,</i>	Virg.
Inspicio is	<i>Inspiciunt, ut si facies ut saepe decora,</i>	Horat.
Inspiceris	<i>Inspicis, inspiceris, resonat sine voce voluntas,</i>	Sidon.
Inspicium	<i>Extorum inspiciis, resq; expectare futuras,</i>	Tertull.
Inspiro as	<i>Delius inspirat vates,</i>	Virg.
Inspirata	<i>Inspirata Deo cruciatum sentiat, atq;,</i>	Prud.
Inspoliata	<i>Inspoliata feram tumulo, patriaq; reponam,</i>	Virg.
Inspularier	<i>Et cum morbum mihi esset, ut qui me opus sit in spu-</i> Plaut.	
Instabilis	<i>Instabiles animos ludo prohibebis inani,</i> (Iariv, Virg.)	
Instat	<i>Quis strepitas circa comitū, quantum instat in ipso,</i> Virg.	
Instita	<i>Quarum sub suta talos tegat in stita veste,</i>	Horat.
Institerat	<i>Institerat, jaculo palmas oneravit acuto,</i>	Virg.
Institit	<i>Rex imperavit, institit virtus mihi,</i> Iamb.	Senec.
Insitor	<i>Mundus dimissis insitor in tunicis,</i>	Prop.
Insitoribus	<i>Amata nautis multa & insitoribus,</i> Iamb.	Horat.
Instabat	<i>Instabat tota cui tua nocte canis,</i>	Tibull.
Instabis	<i>Exercebis humum, solisq; instabis aristis,</i>	Virg.
Instamus	<i>Instamus tamen immemores caciq; furore,</i>	Virg.
Instantibus	<i>Tolle fuga Turnum atq; instantibus eripe satis,</i>	Virg.
Instare	<i>Cunctaturq; metu, telumq; instare tremiscit,</i>	Virg.
Instarem	<i>Hac Phrygas instaret curru cristatus Achilles,</i>	Virg.
Instat	<i>— & quod nunc instat agamus,</i>	Virg.
Instauramus	<i>Ergo instauramus Polydoro finus & ingens,</i>	Virg.
Instaurata	<i>Reddit me Danais, sinit instaurat a re visam,</i>	Virg.
Instigo as	<i>— pressosq; instigant agmine ventos,</i>	Virg.
Instimulo	<i>Instimulat fides insidiosa sonis,</i>	Ovid.

Plaut.	<i>Ni dolo malo instipulatus sit, neve etiam dum sem,</i>	Instipulatus
Virg.	<i>Instituere pedis crudus regis altera perō,</i>	Instituere
Horat.	<i>Amphora fumum bibere instituta; Sapph.</i>	Institutus
Sidon.	<i>Secreta bibit institutione, Phal.</i>	Institutione
Virg.	<i>Instratos ostro alipedes pictisq; tapetis,</i>	Instratos
Horat.	<i>Æscylus & modicis instravit pulpitat ignis,</i>	Instravit
Virg.	<i>Instrepāt & iuatos tēmo trahat arcus orbes,</i>	Instrepo
Virg.	<i>Remigiam supplet, socios simul instruit armis,</i>	Instruit
Virg.	<i>Instruimus mensas, arisq; reponimus ignem,</i>	Instruimus
Virg.	<i>Instruitur medicusq; parant convivā tectis,</i>	Instruitur
Horat.	<i>Adjecto instrumento artis clausaq; taberna;</i>	Instrumentum
Horat.	<i>Quod nisi concedas habere insuarvis acerbo,</i>	Insuarvis
	<i>Vide Coluber.</i>	(vacantur, Insuber
	<i>Græce ἰσὺρ ὀφεί & ἰσσοβᾶγῆς & ἰσσοβῆς & ἰσσοβῆδῶ,</i>	Insubres
Horat.	<i>Quis manus insudet vulgi, Hermogenisq; Tigelli,</i>	Insudo
Horat.	<i>Cum venia dabis, insuevit pater optimus hoc me,</i>	Insuevit
Lucr.	<i>Corporis insuerit dicam tu concipe dicta,</i>	Insuerit
Virg.	<i>Arcadas insuetos acies inferre pedestres,</i>	Insuetus
Virg.	<i>Insula dives optem,</i>	Insula
Varius.	<i>Insultare docet campis, fingitq; morandō,</i>	Insultare
Horat.	<i>Quod superat non est melius, quo insumere possis,</i>	Insumo is
Virg.	<i>Insuper his campi, quos res habet ipse Latinus,</i>	Insuper
Virg.	<i>—genus insuperabile bello,</i>	Insuperabilis
Virg.	<i>Terga boum plumbo insuto ferroq; rigeant,</i>	Insutus
Perf.	<i>Virtutem videant intabescantq; relicta,</i>	Intabesco
Horat.	<i>Intabuisent populi, Iamb.</i>	Intabuissent
Lucr.	<i>Sin intactile erit nulla de parte quod ullum;</i>	Intactilis
Horat.	<i>Intaminatis fulget honoribus, Alcaic.</i>	Intaminatus
Iuvēna.	<i>Integer ambigua si quando citabere testis,</i>	Integer
Virg.	<i>Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,</i>	Integro
Catull.	<i>Quod castum expeteres & integellum, Phal:</i>	Integellus
Stat.	<i>Integit Arcadii morem tenet ille galleri,</i>	Intego is
	<i>Vide Integer & Probitas.</i>	Integritas
Lucr.	<i>Omnia debet enim cibus integrare novando,</i>	Integro as
Virg.	<i>Integrat & mæstis late loca questibus implet,</i>	
Terent.	<i>Amantium ira, amoris integratio est, Iamb.</i>	Integratio
Plaut.	<i>Nequā esse oportet, cui tu integumentū improbi, es,</i>	Integumentum
Horat.	<i>Septimius Caudī nimirum intelligit unus,</i>	Intelligo
Virg.	<i>Intemerata facis profecto latus honore,</i>	Intemeratus
Victor.	<i>Intemeratorum vim continuamus honorum;</i>	Intemeratorum
Ælar.	<i>Intempestivus descendit nubibus imber,</i>	Intempestivus
Ærud.	<i>Intemporalis antequam primus dies, Iamb.</i>	Intemporalis
Ærop.	<i>Possit & intentos astu cœcare maritos,</i>	Intentos
Virg.	<i>Nunc etiam manes, hac intentata manebat;</i>	Intentata
Ærop.	<i>Et lacus astivis intepat Vmber aquis,</i>	Intepo

Inter	<i>Crura sonant ferro, sed canit inter opus,</i>	Tibull.
Intercalaris	Vide Calendæ.	
Intercapedo	<i>Quando equidem amorem intercapedine ipse linivit</i>	Turpil.
Intercedo	Vide Decedo.	(dies, Tetram
	<i>Tacebit, dum intercedis familiaritas, lamb.</i>	Terent.
Intercedo à cæ-	Vide Incido.	
Intercefus	(do) <i>Intercefusa dies,</i>	Claud.
Intercedo à ca-	<i>Quod si intercederit tibi nunc aliquid repetes mox.</i>	Horat.
Intercono	(do) <i>Defendat, ne quid medios intercinat actus,</i>	Horat.
Interceptio	<i>Quam medios Rhæteus interceptit optime Teutra,</i>	Virg.
Intercepi	<i>Atq; ubi jam Venerem gravis interceperat atas,</i>	Virg.
Interclusi	<i>Interclusit hyems, & terruit Auster euntes,</i>	Prop.
Interclusus	<i>Interclusa anima ab dulcedine aquai,</i>	Lucr.
Inercute	<i>Nunc nova materies solidata intercute flau,</i>	Prud.
Intercutem	<i>Aquata te in animo habere intercutem,</i>	Lucr.
Interdatus	<i>Et recreet vires interdatus atq; parentem,</i>	Lucr.
Interdico	<i>Interdico ne extulisse extra ades puerum usquâ velis</i>	Terent.
Interea	<i>Panditur interea domus omnipotentis olympi,</i>	Virg.
Intercepis	<i>Intereunt segetes,</i>	Virg.
Interit	<i>Interit & curvis frustra defensa latebris,</i>	Virg.
Interire	<i>Novaq; pergunt interire Luna, lamb. cum syll.</i>	Horat.
Interimus	<i>Stipis invicta genus interimus, lamb.</i>	Senec.
Interitura	<i>Majestate minax negat interitura meorum,</i>	Prud.
Interitus	<i>—interitu gaudeat illa tuo,</i>	Prop.
Interest	<i>Nil interest an pauper & infima, Alcaic. (hunc tu,</i>	Horat.
Intererit	<i>Plurimum enim intererit quibus artibus & quibus luyen.</i>	
Interfice	<i>Fer stabulis inimicum imbrem, atq; interfice menses,</i>	Virg.
Interficit	<i>Limen & absentem vocis interficit orbem,</i>	Pet. Arb.
Interfio	<i>Aut flammis interficiat, malisve ferarum,</i>	Lucr.
Interfugio	<i>Inter enim fugit ac penetrat per rara viarum,</i>	Lucr.
Interfurit	<i>Dorica & alternum Maurois interfurit orbem,</i>	Stat.
Interfusus	<i>— & novies Styx interfusa coerces,</i>	Virg.
Interjaceo	Vide Iaceo.	
Interjicio	Vide Dejicio.	
Interim	<i>Interim dum tu celeres sagittas, Sapph.</i>	Horat.
Interimo	<i>Dissolvat naturas usq; ad nihilum interimat res,</i>	Lucr.
Interimis	<i>Cum laqueo uxorem interimis, matremq; veneno,</i>	Horat.
Interimitur	<i>Bis interimitur, qui suis armis perit, lamb.</i>	P. Nim.
Interemit	<i>Ferro interemit, sa vior pelagi fretis, lamb.</i>	Senec.
Interemtum	<i>Nominis Hasdrubale interempto, Dacl. Troch.</i>	Horat.
Interior	<i>At domus interior regali splendida luxu,</i>	Virg.
Interiore	<i>Interiore nota Falerni,</i>	Horat.
Intertus	<i>Intertus alte condidit sacro sinu, lamb.</i>	Senec.
Interluceo	<i>Qua rara est acies interlucesq; corona,</i>	Virg.
Interlunium	<i>Thracio bacchate magis sub interlunia vento,</i>	Horat.

Defef-

Lūcan. *Defessus Caesar mediis intermānet agris,*
 Vide Medius.
 Claud. — *rutilum squamis intermicat aurum,*
 Horat. *Interminato cum semel fixa cibo, Iamb.*
 Prud. *Sublime celsum interminum, Iamb.*
 Avien. *Vndia, sic unius terras interminus,*
 Vide Morior.
 Vide Neco as.
 Plaut. *Duello extincto maximo, atq; internecatis hostibus,*
 Virg. *Effigies animantis & internodia membris, Jamb.*
 Vide Attero.
 Prud. *Qui lata Christi culta fur interpolat, Iamb.*
 Mart. *Interponis aquam subinde Rufe, Phal.*
 Lucr. *Aere interposito & discordia tanta creatur,*
 Virg. *Tertius ille hominum, divumq; interpres Asylas,*
 Horat. *Tertius ille hominum, divumq; interprete linguā,*
 Rutil. *Et tamen insanas cedendo interrigat undas,*
Brachiaq; ad superas interritus exulit auras,
 Plaut. *Si exierit leno, censetis hominum interrogem,*
 Avien. *Intersecantur, hic fat angustis laris,*
 Ovid. *Sic ait & mediis interserit oscula verbis.*
 Lucr. *Omnia qua pomis interfusa dulcibus ornant,*
 Vide Sono.
 Vide Conspirō.
 Virg. *Digna, sed argutos inter streptu anser olores,*
 Vide Fuligo.
 Tertull. *Nunc tam sine magno interrimiento non potest,*
 Ovid. *Plara dolor prohibet verboq; intervenit omni,*
 Calphur. *Inrgia quis vestro Deus intervenit amoris,*
 Claud. *Semita discretis interviret humida nimbis,*
 Lucret. *Quod dulces inter falsas intervomit undas,*
 Capell. *Quin etiam interulos gaudens dissolvere nexūs,*
 Horat. *Vestrum prator, is intestabilis & facer esto,*
 Luven. *Intestatus das, adeo ros fata, quot illa,*
 Catull. *Siccine subrepsti mi, atq; intestina perurēns,*
 Virg. *Intima more suo sese incunabula condent,*
 Rud. *Gesta intima se cuncta fertur Principi, Iamb.*
 Capell. *Ne inflexa tortos stringat intimatio, Iamb.*
 Avien. *Memorem intimati cur ineffaciter, Iamb.*
 Lucr. *Intolerabilisq; malis erat anxius angor.*
 Virg. *Exsurgitq; facem intollens atq; intonat ore,*
 Jul. Ep. *Caelo tuba inconvērit, Iamb.*
 Virg. *Intonuerē poli, & crebris micat ignibus aether,*
 Horat. *Si quos Eois intonata fluctibus, Iamb.*
 Virg. *Densa per angustas tela intorquere fenestras,*

Intermāneo
 Intermedius
 Intermico as
 Interminatus
 Interminus
 Interrior
 Internecio
 Internecatis
 Internodiam
 Intero is
 Interpolo as
 Interpono
 Interpositus
 Interpres
 Interprete
 Interrigo
 Interritus
 Interrogo
 Interseco
 Interserit
 Interfuso
 Interfondo
 Interspiro
 Interstrepō
 Interrigo
 Interimicentia
 Intervenit
 Intervenit
 Intervireo
 Intervomit
 Interulus
 Intestabilis
 Intestatus
 Intestinus
 Intimus
 Intimo as
 Intimatio
 Intimatus
 Intolerabilis
 Intono as
 Intonavertit
 Intonuerē
 Intonata
 Intorquetē

Intortos	<i>Apposita intortos extendit regula mores,</i>	Perf.
Intra præpos.	<i>Intra castrorum timuit tentoria ductor,</i>	Lucan.
Intrabit	<i>Rimas per omnes basiator intrabit, Scæv.</i>	Mart.
Intractabilis	<i>Sed fines Lybice genus intractabile bello,</i>	Virg.
Intramus	<i>Adsumus & portus delati intramus amicos,</i>	Virg.
Intrare	<i>Ibitis Italiam portusq; intrare licebit.</i>	Virg.
Intrato	<i>Intrato genuiq; moenia cernam,</i>	Virg.
Intrarit	<i>Si certus intrarit dolor, Iamb.</i>	Horat.
Intraturus	<i>Laurigeros domini liber intrature penates,</i>	Mart.
Intravi	<i>Tot maria intravi duce te,</i>	Virg.
Intrarunt	<i>Cum semel infernas intrarant funera leges,</i>	Prop.
Intravimus	<i>Huc ubi delati portus intravimus, ecce.</i>	Virg.
Intravit	<i>Intravit hostis hei mihi captam domum, Iamb.</i>	Senec.
Intraveris	<i>Et cum beatus regna Christi intraveris, Iamb.</i>	Prud.
Intremere	<i>Et fessum quoties mutat latus, intremere omnem,</i>	Virg.
Intremuere	<i>Palluit & subito genua intremuere timore.</i>	Ovid.
Intrepidus	<i>Atq; ideo inirepidi quacunq; altaria tangunt,</i>	Juven.
	<i>Intrepidus animo, qualis ingentis fera, Iamb.</i>	Senec.
Intrepidus	<i>Pertulit intrepidus ad fasa novissima vultus,</i>	Ovid.
Intriças	<i>Ita intricavit hujus hanc rem temeritas, Iamb.</i>	Afran.
Intricante	<i>Mora intricante laditur, Iamb.</i>	Capell.
Intricatus	<i>Nunc ego lenonem ita intricatum dabo,</i>	Plaut.
Intinsecus	<i>Sudabunt etiam fauces intrinsecus atra,</i>	Lucan.
Intritus	<i>Vide Attritus.</i>	
Intro adverb.	<i>Mitteret ad se, intro, sed magis eiceret,</i>	Catull.
Introduco	<i>Sic animas introduxerunt sensibus auctas,</i>	Lucr.
Introgredior	<i>Postquam introgressi, & coram data copia sandi,</i>	Virg.
Introitus	<i>Introitus squalens,</i>	Sil.
	<i>Introitus & bella loqui percussa, ruinas,</i>	Philom.
Introsus	<i>Sive introsus agunt, nubes & nubilus Ausfer,</i>	Cor. Sev.
Intueris	<i>Quid ut noverca me intueris, aut uti, Iamb. pur.</i>	Horat.
Intueberis	<i>Peccator intueberis, Iamb.</i>	Prud.
Intulit	<i>Vt vero Aeneas foribus sese intulit altis.</i>	Virg.
Intulerat	<i>Magnum illa terrorem intulerat Iovi, Alcaic.</i>	Horat.
Intulere	<i>Iam se intulere, sed quarta est mundi plaga, Iamb.</i>	Senec.
Intulerit	<i>Intulerit ubi velari pictura jubetur,</i>	Juven.
Intulimus	<i>Intulimus orbi, vidit ut clarum aethera, Iamb.</i>	Senec.
Intumescit	<i>Nec intumescit alta viperis humus, Iamb. pur.</i>	Horat.
Intumuisse	<i>Vidi virgineas intumuisse genas,</i>	Ovid.
Intumultus	<i>Occurratq; oculis intumultu ruis,</i>	Ovid.
Intus	<i>Intus aqua dulces, virvoq; sedilia saxo,</i>	Virg.
Intibus	<i>Pulmentaria ut intibus aut aliqua id genus herba,</i>	Lucr.
	<i>Quoq; modo potis gauderent intyba rivis,</i>	Virg.
Invado	<i>Invadunt urbem somno vinoq; sepultum,</i>	Virg.
Invaders	<i>Vt semel in caeli pugnas invadere vidi,</i>	Lucr.

Virg.	<i>Quin etiam bis tum medios invaserat hostes,</i>	Invasetur
Virg.	<i>Signa canunt, primus turmas invasit agrestes,</i>	Invasit
Nemes.	<i>Invasere simul, Venerisq; imbutus uterq;</i>	Invasere
Alcim.	<i>Invasusq; cibus jejunia vixit in alvo,</i>	Invaso
Lucr.	<i>Conditione & erunt & crescent, inq; valebant,</i>	Invalesco
Ovid.	<i>Invalida vires, ingeniumq; mihi.</i>	Invalidus
Virg.	<i>Territat invalidas, ut aves & littora vestra.</i>	Invalidas
Tibull.	<i>Deteret invalidos & via longa pedes,</i>	Invalidus
	<i>Vide Suppositivus.</i>	Invectivus
Virg.	<i>Cent auro invenitur magna,</i>	(Jamb. Invechor
Plaut.	<i>Invendibili merci oportet ultro emptorem adducere.</i>	Invendibilis
Horat.	<i>Invenior partibus mendacior, & prius orto,</i>	Invenior
Ovid.	<i>Et quos non habuit sub nubibus invenit ignes.</i>	Invenit
Juven.	<i>Invenies aliquo cum percussore jacentem,</i>	Invenies
Arnob.	<i>Inveniemus iter puris quia sensibus aurem.</i>	Inveniemus
Mart.	<i>Ignoras Venerem nec, invenimus. Phal.</i>	Invenimus
Senec.	<i>Invenit an damnavit, hoc postquam addidit. Jamb.</i>	Invenit præter
Virg.	<i>Invenere viam ad credo mea numina tandem.</i>	Invenete
Horat.	<i>Quod non plura datis invenerit, & tamen idem.</i>	Inveneric
Mart.	<i>In quo non magis invenitur herba, Phal.</i>	Invenitur
Prud.	<i>Illapsa terris inveniret veritas, Jamb.</i>	Inveniret
Virg.	<i>Inveni germana viam.</i>	Inveni præter
Prop.	<i>Qua q; viam verbo resorata in venerit intret,</i>	Inveneric
Juven.	<i>Piscibus inventis & facta comparo mula.</i>	Inventis
Ovid.	<i>Terminus ut veteres memorant inventus in ade.</i>	Inventus
Horat.	<i>Inventore minor neq; ego illi detrabere ausim.</i>	Inventore
Mart.	<i>Quid facias nullos hic inventura capillos.</i>	Inventura
Catull.	<i>Quamvis sordida res & invenusta est. Phal.</i>	Invenustus
Horat.	<i>Simul caleniis inverecundus Deus, Iamb.</i>	Inverecundus
Horat.	<i>At nos virtutes ipsas invertimus, atq;</i>	Invertimus
Rutil.	<i>In vestigato fonte lavacra dedit,</i>	Investigatus
Lucret.	<i>Vleus enim virescit & invetrascit alendo.</i>	Inveterasco
Prud.	<i>Auspiciis epulisq; sacris, quas inveterato.</i>	Inveteratus
Ovid.	<i>Trojadas in video, que sit lacrimosa suorum.</i>	Invideo
Horat.	<i>Si possum invideor, cum lingua Catonis & Enni,</i>	Invideor
Virg.	<i>Concedit laudem, & paribus non invidet armis.</i>	Invidet
Mart.	<i>Et invidebis otio tuo lectior Scaz.</i>	Invidebis
Mart.	<i>Materne cernit, invidere nolito. Scaz.</i>	Invidere
Horat.	<i>Cur invidendis postibus & novo. Alcaic.</i>	Invidendus
Horat.	<i>Se vis Licurnis scilicet invidens, Alcaic.</i>	Invidens
Virg.	<i>Liber pampineas invidit collibus umbras.</i>	Invidi præter
Horat.	<i>Seposti ciceris, nec longe invidit avena.</i>	Invidit
Horat.	<i>Invidia Siculi non inveneret tyranni.</i>	Invidia
Opp.	<i>Tempus edax rerum tuq; invidiosa vetustas.</i>	Invidiosus
Horat.	<i>Invidus, iracundus, iners, vinosus, amator.</i>	Invidus

Invigilato as	<i>Invigilato viri, tacito nam tempora gressu,</i>	Colum.
Inviolabilis	<i>— velut inviolabile telis,</i>	Sil.
Inviolatus	<i>Membra tamen stygiae tulit inviolata sub umbras,</i>	C. Seu.
Invisibilis	<i>Est invisibilis donum patris edere natum,</i>	Prud.
Invisè imper.	<i>Labere nympha polo, sineq; invise Latinos,</i>	Virg.
Invisit	<i>Deserit ac Delon maternam invisit Apollo,</i>	Virg.
Invisere	<i>Protinus Arcadia gelidos invisere fines,</i>	Virg.
Invisus	<i>Abdiderat sese atq; aris invisa sedebat,</i>	Virg.
	<i>Heu Nero crudelis nullaq; invisior umbra,</i>	Mart.
Invisi	<i>Hic quibus invisit fratres, dum vita manebat,</i>	Virg.
Invito as	<i>Invitent croceis halantes floribus horti,</i>	Virg.
Invitator	<i>Hinc invitator Caesaris inde Iovis, Pentam.</i>	Virg.
Invitatus	<i>In vitata tulit mens tantum maxime Casar,</i>	Porphy.
	<i>Interior medias sinus invitatus in ados,</i>	Rutil.
Inventus	<i>Inventus, regina, tuo de littore cessi,</i>	Virg.
Inula	<i>Erucas virides, inulis ego primus amaris,</i>	Horat.
Inultus	<i>— nec enim moriemur inulti,</i>	Virg.
	<i>Vt inultus ego sim, saepe vindicta obfuit, lamb.</i>	Senec.
Inumbratus	<i>Terrasq; inumbratur, qua nymphi cing; feruntur,</i>	Lucr.
Inuncat	<i>— aut quin nummos tristis inuncat,</i>	Lucil.
Inungi	<i>Non ta men idcirco contempnas lippus inungi,</i>	Horat.
Inunctus	<i>Et bene si caenas conchis inuncta tibi est,</i>	Mart.
Inundat	<i>Inundat aras fruge, nec sparsa sacra, lamb.</i>	Senec.
Inundo as	<i>— nec inundant sanguine fossa,</i>	Virg.
Invoco as	<i>Invocat & duplices caeloq; Erebroq; parentes,</i>	Virg.
Invocabis	<i>Quas manus orbis miser invocabis, Sapph.</i>	Senec.
Invocata ablat.	<i>Et invocata munus hoc sanxit Stygo, lamb.</i>	Senec.
Invocavi	<i>Nec invocavi, tor feras vici horridas, lamb.</i>	Senec.
Involuto	<i>Et qua nunc humeris involitant deciderint coma,</i>	Horat.
Involucris	Vide Volucris à volando.	(Chor.
Involucrum	<i>Contentum involucris atq; cubilibus,</i>	Prud.
Involucré	<i>Ne is quidem involucre injicere voluit, vestè us ne Plaut.</i>	Lucan. Pr.
Inurbanus	<i>Scimus inurbanum lapido se ponere dicto, (inquinet, Horat.</i>	Mart.
Inuro	<i>Continuoq; notas & nomina gentis inurunt,</i>	Virg.
Inustratus	<i>Inustratum fare, quod populi horreant, lamb.</i>	Senec.
Inustus	<i>Eulmina declarant ictus, inusta vapore,</i>	Lucr.
Inutilis	<i>Et sibi inutilior, timidi commenta retexit,</i>	Ovid.
Inutilitatem	<i>Propter inutilitatem habet mucrone retusum,</i>	Lucr.
Inum	<i>Pometios castrumq; inui Bolamq; Coramq;</i>	Virg.
Io proprium	<i>— se candida jusserit Io,</i>	Juven.
	<i>Io versa caput primos mugi verat annos,</i>	Prop.
Io interjectio	<i>Dicite Io Paan, & Io bis dicite Paan,</i>	Ovid.
	<i>Clamant ecce mei Io Saturnalia versus,</i>	Mart.
Ioachimus	<i>Illi vir Ioachimus erat, quem si quid habebat,</i>	Alcim.
Ioannes	<i>Corporeus Ioannes adhaec, nec carne solvens,</i>	Prud.

Juven. *Dixit Ioannes cui talia reddit Iesus,*
 Prud. *Ioannis magni celebris sententia praesto est,*
 Sedul. *More volans aquila verbo petis astra Ioannes,*
 Prud. *Egregio comitat a viro nam proximus Iob,*
 Alcim. *Et qua tam misere afflicti patientia Iobi,*
 Ovid. *—antiqui fabula plena joci,*
 Lucr. *Tum joca, tum sermo, tum dulces esse cachinni,*
 Horat. *Campanum in morbum, in faciem permulta jocatus*
 Catull. *Carum nescio, quo jubet jocari, Phal.*
 Mart. *Quinctus cum domino liber jocetur,*
 Persius. *Mox juvenes agitare jocos & pollice dextro,*
 Mart. *Quinctus nostrorum liber est Auguste jocorum,*
 Mart. *Non potuit melius litem finire jocosam,*
 Horat. *Quem Deum, cuius retinet jocosam, Sapph.*
 Horat. *Dixero, quid si forte jocosus, hoc mihi juris,*
 Horat. *Prateae ne sic ut qui jocularia ridens,*
 Virg. *—meus est natalis Iola,*
 Ovid. *Dumq̄, refert Iole factum miserabile,*
 Ovid. *Ore reformatus primos Iolau in annos,*
 Ovid. *Victor Iolciacos tetigit cum conjugē portus,*
 Virg. *Regis Iolchiaci animum defigere votis,*
 Juven. *Hic & Ionæis monitis potiora jubentur,*
 Tertull. *Osea, Amos, & Michaas, simul Abdia, Ionas,*
 Prud. *Ionam Prophetam mitis ulro excitat, Jamb.*
 Prud. *Pœnituit Ionathan, jejunia sobria dulci,*
 Ovid. *Nec Latium norat, quem prabet Ionica dives,*
 Virg. *Nosse quod Ionii veniant ad littora fluctus,*
 Horat. *Morus doceri gaudet Ionicos, Alcaic.*
 Ovid. *Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas,*
 Avien. *Nec minus artolluntur Ionides insula ab alto,*
 Avien. *Ægei per terga sali prelixus Ionum,*
 Lucan. *Primus Thessalia rector telluris Ionus,*
 Mart. *—Cithara crinitus Iopas,*
Personat aurata,
 Prop. *Vobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro,*
 Avien. *Vrbs Iope sterilisq̄, dehinc habitat Elais,*
 Sedul. *Sex quasi lustra gerens placidam Iordanis ad undā,*
 Tertull. *Iordane percusso, pedibus via facta regressus,*
 Juven. *Ioseph urgetur monitis, Mariam puerumq̄,*
 Juven. *Ægyptum cum matre simul transportat Ioseph,*
 Tertull. *Ingenti zelo Iosias rector & ipse,*
 Mart. *Vnum de titulis tollere joca potes,*
 Sidon. *Prius ingenia transferens Iovini, Phal.*
 Virg. *Ab Iove principium Mæsa, Iovis omnia plena,*
 Virg. *Nunc pateras libate Iovi precibusq̄, vacate,*

Ioannes
 Iob
 Iobus
 Iocus
 Ioca
 Iocatus
 Iocari
 Iocetur
 Iocos
 Iocorum
 Iocofus
 Iocofius
 Iocularis
 Iola
 Iole
 Iolau
 Iolciacus
 Iolchiacus
 Ionæis
 Ionas
 Jonathan
 Ionia
 Ionius
 Ionicus
 Ioniacus
 Ionides
 Iones
 Ionus
 Iopas

Iope nympha
 Iope urbs
 Iordanis
 Ioseph dissyl.
 Ioseph trissyl.
 Iosias
 Iota
 Iovinus
 Iove
 Iovi

Iovis	Ab Iove principium Musa, Iovis omnia plena,	Virg.
Iphianassa	Iphianassa turbatis sanguine fœde,	Lucr.
Iphiclus	Cognitus Iphicli surripuisse boves,	Prop.
Iphigenia	Pro qua mactata est Iphigenia mora,	Prop.
Iphis	Iphis amat, quo posse frugis desperat & augeat,	Ovid.
Iphitus	Iphitus & Pelias mecum,	Virg.
Iphichilla	Amabo mea dulcis Iphichilla, Phal.	Catull.
Ipsa	Ipsa colat, nobis placeant ante omnia sylva,	Virg.
Ipsas	Ad nos virtutes ipsas inverteimus, atq;	Horat.
Ipsarum	Ipsarum tribadum tribas Philani, Phal.	Mart.
Ipsè	Forva leana lupum sequitur, lupus ipse capellam,	Virg.
Ipsi	Ipsi te fontes, ipsa hac arbuta vocabant,	Virg.
Ipsis	Ipsis est aer aribus non æquis & ille,	Virg.
Ipsius	Ipsius Anchisa longævi hoc munus habebis, Nunc ultro ad cineres ipsius & ossa parentis,	Virg.
Ipsorum	Ipsorum clypeos & non felicia tela,	Virg.
Ipsos	Quodq; tacos ipsos etiam inclinare maritos,	Juven.
Ipso	Aut ipso porta posuere in limine vitam,	Virg.
Ira	— tanta ne animis & læstibus ira,	Virg.
Iras	O cobibete iras, ictum jam fœdus, & omnes,	Virg.
Irarum	Servit amor magnog; irarum fluctuat ævis,	Virg.
Iracundus	Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,	Horat.
Iracundior	Iracundior est paulo, minus aptus acutis,	Horat.
Iracundia	Gravissima est probi hominis iracundia, Iamb. Hanc divina sibi pugnâ iracundia servat, Aut unde iratus sylvam devixit arator,	P. Mum. Virg.
Iratus	Iratus at tu victrix provincia ploras,	Alcim.
Iratis	Phyllidis iratos in vultum conjicit unguis,	Juven.
Iratos	Phyllidis iratos in vultum conjicit unguis,	Prop.
Ire	Primus & ire viam, & furvios tentare minaces,	Virg.
Iret	Obvius armatus seu cum pedes iret in hostem,	Virg.
Iris fl.	Iris continuo liquidus decurrit in aquor,	Prisc.
Iris herba	Iris Castoreum scillamq; opium & panacæam,	Marcell.
Iridis herba	Ἰριδος ἑστὶν ὀλοχία ἢ ἰεῖδ' ὅτι δατηνὰ ἔδει,	Nicand.
Iris Dea	Iris de cælo misit Saturnia Iuno,	Virg.
Iri vocat.	Iri decus cæli, quis te mihi nubibus actam,	Idem.
Ironia	Græce εἰρωνεία	
Irradia	Fronte serenæ & irradia, Dacl.	Pedo.
Irradiare	Irradiare dies perenni qui nominis alti,	Sedul.
Irrecitabiliter	Irrecitabiliter manans de corde parentis,	Fortun.
Irreduces	Irreducemq; viam deserto limite carpit,	Lucan.
Irreligatus	Nuda pedem, croceas irreligata coma,	Ovid.
Irreligiosus	Vide Religio.	
Irremeabilis	Falleret indoprensus & irremeabilis error,	Virg.
Irremotus	Et irremotus excubat, Iamb.	Prud.
Irreparabilis	Sed fugis interea, fugis irreparabile tempus,	Virg.

Aurum.

- Horat. *Aurum irreperitum, & sic melius situm*, Alcaic. Irreperitus
Vide Repo. Irrepolis
Ovid. *Et tandem probitas irreprehensa fuit*, Irreprehensus
Ovid. *Bellaq; cum multis irrequieta fuit*, Irrequieta
Horat. *Hic irresectum sevedente livido*, Iamb. Irresectus
Ovid. *Vincula semper habens irresoluta manet*, Irresolutus
Prud. *Irretite plagis, retinacula deniq; caecis*, Irretitus
Lucil. *Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est*, Spond. Irretita
Horat. *Quisquis ingentes oculo irretorta*, Sapph. Irretortus
Vide Reverentia. Irreverenter
Horat. *— volat irrevocabile verbum*, Irrevocabilis
Tertull. *Irrevocata Dei sententia nudus, inermis*, Irrevocata
Mart. *Vadas & redeq; irrevocatus*, Phal. Irrevocari
Horat. *Cum loca iam recitata revolvimus irrevocari*, Irrevocari
Lucr. *Irrident alios alij*, Irrideo
Paulin. *Irridebis eos justaq; loquetur in ira*, Irridebit
Virg. *Corpora curamus fessos sopor irrigat artus*, Irrigo as
Avien. *Salis irrigator hic parens nostri maris*, Iamb. Irrigator
Virg. *Florcat irriguumq; bibat violaria fontem*, Irriguus
Prop. *Dicebam tibi venturos irrifor amores*, Irrifor
Gallus. *Si quis amore vacans irriferit, imprecor ille*, Irriferit
Virg. *En quid agam? rursus ne procos irrisa priores*, Irrifus
Horat. *Segnius irritant animos demissa per aurem*, Irrito as
Pedo. *Regna Dea immittis parce irrisava querendo*, Irritare
Ovid. *Adjecisset opes animi irritamen avari*, Irritamen
Ovid. *Cum sua terribili petis irritamina cornu*, Irritamina
Ovid. *Effodiuntur opes, irritamenta malorum*, Irritamentum
Virg. *Illam terra parens ira irritata Deorum*, Irritatus
Virg. *— genus irritabile vatum*, Irritabilis
Ovid. *Irrita dicentem, nec quicquam voce moventem*, Irritus
Virg. *Arte locum & variis assultibus irritus urget*, Irrigo
Horat. *Regula peccatis, qua poenas irroget aq; aquas*, Irrogo
Virg. *Aut cum sole novo terras irroras Eous*, Irrooras
Virg. *Irruat & frustra ferro dixerbet umbras*, Irruat
Virg. *Merefero, irruerant Danai & te cum omne tenebant*, Irruerant
Virg. *Irruimus densis & circumfundimur armis*, Irruimus
Stat. *— irrubuit caeli plaga sidere misso*, Irrubeo
Mart. *Qua faciat duo sunt, irrumas & futuit*, Irrumo
Senec. *Irrupit intra tota tum irrepidus mea*, Iamb. Irrupit
Virg. *Qui cursu portae primi irrupere patentes*, Irrupere
Ovid. *Irus egenus pecorisq; delam hinc auctor edendi*, Irus
Horat. *Vestrum prator, is inestabilis & sacer esto*, Is pronom.
Victor. *Imponam nomen, quod culpam hanc arguat Isac*, Isac
Fortun. *Quid Patriarcha Abraham, vel Isac, Isaac quoq;* Isacas
Prud. *Secundo Isacia proxima*, Iamb. Isacas

	<i>Isais vates cecinit quod numine iustus,</i>	Iuven.
Isalces	<i>Oprabat pugnam ante oculos spe laudis Isalces,</i>	Sil.
Isapis	<i>Crustumiumq; rapax & iunctus Isapis Isairo,</i>	Lucan.
Isara	<i>Hi vada liquerunt Isara, qui gurgite ductus,</i>	Lucan.
Isatis	<i>Isatis à Græcis est vulgo guesda vocata,</i>	Macer.
Isautum	<i>Africa victorem de se vocat alter Isaurum,</i>	Ovid.
Ischomache	<i>Qualis Ischomache Lapithæ genus heroïna,</i>	Prop.
Isidius	<i>Oechalon & vita spoliavit Isidius hospes,</i>	Ovid.
Isæus	<i>Promptus & Isæo torrentior. ede quid illum,</i>	Iuven.
Isiphilus	<i>Vix socer Isiphilus, vix me grandævus Acastus,</i>	Ovid.
Isis	<i>Isis enim & Serapis & grandisimã cauda,</i>	Prud.
Isin	<i>Nos in templa tuam Romana recepimus Isin,</i>	Lucan.
Isidis	<i>Isidis antiquo qua proxima surgit ovili,</i>	Iuven.
Isacus	<i>Aut apud Isaca potius sacraria lens,</i>	Iuven.
Ismael	<i>Nec tamen Ismael Agar de semine natus,</i>	Victor.
Ismara	<i>Neu segnes jaceant terra, juvat Ismara Baccho,</i>	Virg.
Ismarus	<i>Nectantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea,</i>	Virg.
Ismaricus	<i>Ismaricig, riget semper flabris Aquilonis,</i>	Avien.
Isnarius	<i>Isnarium pellex Attica plorat Ilyn,</i>	Mart.
Isnenus	<i>Horruiit ingenti venientem Isnenus acervo,</i>	Stat.
Ismenida	<i>Si profugus Dircen Ismenida liqueris hospes,</i>	Senec.
Isocrates	<i>Et vitam insignem laudamus Isocratis arte,</i>	Ruffin.
Isocratus	<i>Si minù delectat, quod & τρυφον Isocratum hoc est,</i>	Lucil.
	<i>Israël rabiem ponti post terga minantis,</i>	Prud.
Israël	<i>Israel appensi per concava gurgitis iret,</i>	Sidon.
	<i>Israel ferre solent, portaq; adungere certant,</i>	Arator.
Israelitis	<i>Fortè tunc atrox secundos Israelis posteros, Troch.</i>	Prud.
	<i>Quiq; gubernarunt Iudam atq; Israëla reges,</i>	Aleim.
Israelita	<i>Israelitarum cumulata gloria plebis,</i>	Iuven.
	<i>Israelitis sine fraude verus, Sapph.</i>	Paulin.
Ister fl.	<i>Turbidus & torquens flaventes Ister arenas,</i>	Virg.
Isthic	<i>Non Isthic obliquo oculo mea commoda quisquam,</i>	Horat.
Istius	<i>Istius pueri Brutus amator erat,</i>	Mart.
Istiusmodi	<i>Quanto magis te istiusmodi esse intelligo, Iamb.</i>	Accius.
Istud	<i>Quis leget hæc min' tu istud ais, nemo hercule nemo, Perf.</i>	Perf.
Ite	<i>Nidor enim penetrat, quia siccus non it in artus,</i>	Lucr.
	<i>Dum trepidant, in hasta Tago per tempus utrumq;</i>	Virg.
Ita	<i>Sublime expulsam cruerent, ita turbine nigro,</i>	Virg.
Itane	<i>Itane & salutis publica indicium obrues, Iamb.</i>	Senec.
Italia	<i>Italiam fero profugus Lavinaq; venit,</i>	Virg.
Italus	<i>A quo post Itali fluvium cognomine Tibrin,</i>	Virg.
Itala	<i>Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare,</i>	Virg.
Italis	<i>Ingruit Aeneas Italis & praliam misces,</i>	Virg.
Italides	<i>Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla,</i>	Virg.
Italos	<i>Bis jam Italos hostes, hæc altera sædè rumpi,</i>	Virg.

Nunc

- Horat. Nunc itaq; & versus & cetera ludicra pono,
 Virg. Ite mea quondam felix pecus, ite capella,
 Prop. Ite agite experta bello date lixtea prora,
 Virg. Contemplator item cum senex plurima sylvis.
 Virg. Hinc iter inceptum peragunt.
 Horat. Fortuna tristi clade iterabitur, Alcaic.
 Horat. Sic iterat voces & verba cadentia tollit.
 Horat. Cras ingens iterabimus aquor, Spond. Daët.
 Horat. Lapsa carvis iterare mella, Daët. Troch.
 Virg. — iterumq; iterumq; monebo,
 Prop. Iupiter obliqua signa iterata rota,
 Virg. Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Plyssi.
 Senec. Non cautus ignes Ithacus, aut Ithaci comes, Iamb.
 Horat. Digni, remigium vitiosum Ithacensis Plyssi,
 Colum. — numen venerare Ithiphalli.
 Stat. Planaq; Messine, montanaq; nutrit Ithome.
 Lucan. Tunc & Ithyrai, Medi; Arabesq; soluti.
 Lucr. Omnia nos itidem depascimur aurea Dicta.
 Maxim. Fecit & ignotis icinet commercia terris,
 Virg. — vel celsis nunc primum à navibus itis.
 Catull. Quod tibi si sancti concesserit incola Itoni.
 Ovid. Pascebatur humus, sed itum est in viscera terra.
 Virg. Itur in antiquam sylvam,
 Virg. Cornus Iturosos taxi curvantur in arcus.
 Virg. Inclusas animas superumq; ad lumen ituras.
 Pedo. Heus facimus per qua victor iturus erat.
 Catull. Daulias assumti facta gemens Ityli,
 Virg. Quarum vox Ityn & Ityn quod Bisthoniis rex.
 Ovid. Deslet Throicium Daulias ales Ityn.
 Ovid. Tantaq; mox animi est, Ityn huc accersite dixit.
 Lucan. Nec Iuba Marbaricas nudus pressisset arenas.
 Virg. Densa juba, & dextro jactata recumbit in armo.
 Juven. Mullorumq; jubis & captatore macello.
 Virg. Armorum facio & Grajarum errore jubarum.
 Lucr. Sub terris ideo tremulum jubar hesitat ignis.
 Virg. It portis jubare exorto juventus.
 Cor. Seu. Purpureumq; rubens surgat jubar aureus ostro.
 Horat. Pelliculam curare jubefis cognitor ipse.
 Virg. Seu Troas fieri jubeas, Teucrosq; vocari.
 Virg. Pulsus amor, quid me cælum sperare jubebas.
 Senec. Narrare falsos jubeor ego cultus dare. Iamb.
 Virg. Insandum regina jubes renovare dolorem,
 Mart. Parendum est monitis, fiat quod uterq; jubemus,
 Virg. Experiar, tu deinde jubeo certes Amyntas.
 Mart. Autumnum sterilem ferre jubetur hyems,

More

Iteaque
 Ite
 Ite agite
 Item
 Iter
 Itero as
 Iterat
 Iterabimus
 Iterare
 Iterum
 Iteratus
 Ithaca
 Ithacus
 Ithacensis
 Ithiphallus
 Ithome
 Ithyraus
 Itidem
 Itinet
 Itis
 Itonum
 Itum
 Itur
 Ituræi
 Ituras
 Iturus
 Itylus
 Itys

Ityn
 Iuba propr.
 Iuba appella.
 Iubis
 Iubarum
 Iubar
 Iubare
 Iubar masc.
 Iube
 Iubeas
 Iubebat
 Iubeor
 Iubeo es
 Iubemus
 Iubero
 Iubetur

Iubebatur	<i>Mors iubebatur, tristescq; recludere portas,</i>	Virg.
Iubebit	<i>Gaudebit nido, viridem thoraca iubebit,</i>	Iuven.
Iubertis	<i>Vade salutatum pro me liber ire iuberis,</i>	Mart.
Iuberna	Vide Iuvena.	
Iubilum	<i>Et laetis scopulis audivit Iubila Cyclops,</i>	Sil.
Iubileus	<i>Cum iubileus adest proprii distractio ruris,</i>	Arator.
Iubilo as	Vide Jubilum.	
Iucundus	<i>Nam pro iucundis aptissima quaeq; dabunt DI,</i>	Iuven.
	<i>Sustulit esuriens, minus hoc iucundus amicus,</i>	Horat.
Iucunde adyer.	<i>Non magnis opibus iucunde corpore curant,</i>	Lucret.
Iucundior	<i>Iucundior, quam lecta de pinguius, Iamb.</i>	Horat.
Iucundissime	<i>Iucundissime Martialis haec sunt. Phal.</i>	Mart.
Iuda	<i>Iurvit Iudae parens, Christo quandoq; propinquo,</i>	Prud.
Iudae	<i>Qua dominus, meminisse decet, vos nobile Iudae,</i>	Prud.
Iudaeus	<i>Persuadere cupit, credat Iudaeus apella,</i>	Horat.
Iudaeorum	<i>Nec recitatorum fugis inguina Iudaeorum,</i>	Mart.
Iudaicus	<i>Iudaicum ediscunt & servant & metuant jus,</i>	Iuven.
	<i>Quando induratum plebes Iudaica regem,</i>	Alcim.
Iudas	<i>Nexibus astrictum Iudas ut vidit iniquus,</i>	Sedul.
Iudex cis	<i>Inter aves turdus si quis me iudice certet,</i>	Mart.
Iudicis	<i>Iudicis argutum qua non formidet acumen,</i>	Horat.
Iudicibus	<i>Vnum ex iudicibus selectis objiciebat,</i>	Horat.
Iudico as	<i>Et sapit & mecum facit & Iove iudicat aequo,</i>	Horat.
Iudicabitur	<i>In lege lapsus lego iudicabitur, Iamb.</i>	Paulin.
Iudicium	<i>Iudicium Paradisi spretaq; in iuria forma,</i>	Virg.
Iudicialis	Vide Iudicium & Feralis.	
Iudiciarius	Vide Iudicium & Aquarius.	
Iudith	<i>Faeminaeq; animi Iudith in mente virilis,</i>	Alcim.
	<i>Sara, Rebecca, Rachel, Esther, Iudith, Anna, Noemis, Fortun.</i>	
Iugeris	<i>Ve multo innumeram jugere pascat ovem,</i>	Tibull.
Iugera	<i>Et labefacta morvens robustus iugera fossor,</i>	Virg.
Iugeribus	<i>Iugeribus campi quem negligis, officium eras,</i>	Iuven.
Iugis adiect.	<i>Hortus ubi & tecto vicinus iugis aqua fons,</i>	Horat.
Iugibus	<i>Iugibus & votis, hoc nocte dieq; precemur,</i>	Sedul.
Iugifluus	<i>Iugifluus semper biberis, turbamq; sicimq;</i>	Paulin.
Iugiter	<i>Sodalis & convictor hospes iugiter, Iamb.</i>	Aufon.
Iugum vineae	<i>Pictaq; pampinis videris arva iugis,</i>	Mart.
Iugum montis	<i>—molliq; iugum demittere clivo,</i>	Virg.
Iugum boum	<i>Robustis quoq; tum tauris iuga solvet arator,</i>	Virg.
Iugo as	<i>Cui pater intactam dederat primisq; iugarat,</i>	Virg.
Iugosus	<i>Quis probet in sylvis Cerecem regnare iugosis,</i>	Ovid.
Iugandus	<i>Prosperet decreta super iugandis, Sapph.</i>	Horat.
Iugalis	<i>Emeritos vertunt ad pasua nota iugales,</i>	Claudia.
Iugale	<i>Non iugale mihi, quae de sanguine ponam,</i>	Calphur.
Iugalibus	<i>Sed mox in auras igneis iugalibus, Iamb.</i>	Prud.

Si sit

- Paulin. *Si sit compulsis mensura jugalibus impar.*
Vide Jugo as.
Vide idem & Aquarius.
- Seren. *Ante cibos igitur juglandis fœcus edatur,*
Juven. *Pompejus, tenui jugulos aperire susurro,*
Juven. *Vt jugulent homines surgunt de nocte latrones.*
Prud. *Quod jugulatur homo non ferrum causa furoris,*
Prop. *Ecce Cecropiis merito jugulate colonis,*
Claud. *Traximus immanem Marii sub vincla Iugurtham,*
Horat. *Io triumphe nec Iugurthino parem, Jamb.*
Lucil. *Quinctus Opimius ille Iugurthini pater hujus,*
Mart. *Fausine quid vix Iulianus intraret, Scaz.*
Mart. *O Iuliarum dedecus calendarum, Scaz.*
Oppian. *Καυβαίαις σαυδοίτις ἰσπέροισιν ἰελοῖ.*
Opp. *Ποικίλον ἐμπείρειν ἰελίδος ὑπὸ χαλκῆ.*
Virg. *Iulius à magno deductum nomen Iulo.*
Horat. *Iule ceratis ope Dedalæa, Sapph.*
Horat. *Iuli Flore, quibus terrarum militet oris,*
Horat. *Edicta rumpent Iulia, non Getæ, Alcaic.*
Virg. *At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo,*
Ovid. *Tempus Iuleis cras est natale Kalendis,*
Horat. *Ætholis onerata plagis jumenta, canesq,*
Virg. *Iuncturas tabulata dabant,*
Seren. *Iungis & immisce madidum tritumq, papaver,*
Virg. *Mortua quin etiam, iungebat corpora vivis,*
Virg. *Iungemus regi, quarat sibi fœdera Turnus,*
Virg. *Quæ mittit dona, hospitio cum iungeret absens,*
Virg. *Iungimus hospitio dextras & tecta subimus,*
Tibull. *Sternitur hic apta jungitur arte fœlex.*
Perf. *Tot tibi cum flammis junicum omenta liquecant,*
Vide Junix & Cuniculus.
- Horat. *Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno,*
Horat. *Mox juniores quarit adultero, Alcaic.*
Ovid. *Iunius est juvenum, qui fuit ante senum,*
Virg. *Iuniperigravis umbra, nocent & frugibus umbra,*
Virg. *Inachia Iuno pestem meditata juvenca,*
Mart. *Dixit item quoties lascivo Iuno Tonanti,*
Virg. *Vi superum & sava memorem Iunonis ob iram,*
Virg. *Vocibus & vereor quo se Iunonia vertant,*
Virg. *— Nunc omnia Iupiter Argos transtulit,*
Perf. *Verte aliquid jura, sed Iupiter audiet eheu,*
Tibull. *Tum mihi jurabas nullo te, divitis auri,*
Calphur. *Mella etiam sine te jurabat amara videri,*
Tibull. *Et se jurabit mente fuisse mala,*
Juven. *Quo regis magni patria est, jurabitur unquam,*

Vide

Iugamentum

Iugarius

Iuglans

Iugulus

Iugulo as

Iugulatur

Iugulatus

Iugurtha

Iugurthinus

Iulianus

Iuliarum

Iuli

Iulides

Iulius

Iule

Iuli

Iulia

Iulus

Iulæus

Iumentum

Iunctura

Iungis

Iungebat

Iungemus

Iungeret

Iungimus

Iungitur

Iunix cis

Iuniculus

Iunior

Iuniores

Iunius

Iuniperus

Iuno

Iunonis

Iunonius

Iupiter

Iura imperat.

Iurabas

Iurabat

Iurabit

Iurabitur

Iuramentum	Vide Iuro & Iuratus.	
Iurandus	— Iurandi formula juris.	
Iurare	<i>Dij cuius jura timent & fallere numen.</i>	Ovidi.
Iurares	<i>Bæotum in crasso iurares aere natam,</i>	Virg.
Iuratus	<i>Lacryma per sanctum juratus dicat Osirim,</i>	Horat.
Iuratores	<i>Vos juratores estis, quæso operam date,</i>	Horat.
Iuravi	<i>Aulide iuravi classemq; ad Pergamam misi,</i>	Plaut.
Iuraverat	<i>Hunc puer ad Lybicas iuraverat Hannibal aras,</i>	Virg.
Iuremus	<i>Sed iuremus in hac, simul imis saxa renarint,</i>	Mart.
Iurifonus	<i>Vt post iurifona famosa stipendia lingua,</i>	Horat.
Ius ab Io	<i>Stellatumq; oculis custodem virginis jus,</i>	Sulp. Lit.
Ius pro liquore	<i>His mistum jus est oleo</i>	Nemefi.
Iure pro eodem	<i>Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent,</i>	Horat.
Iura pro eodem	<i>Idem olæ quasi quæ una multa iura confundit coquus</i>	Terent.
Ius	<i>Cavimus & domini jus omne remisimus agro,</i>	Plaut.
Iura	<i>Fas & jura sinunt.</i>	Mart.
Iusjurandum	<i>Cuncta expedibo id modo iusjurandum date,</i>	Virg.
Iurejurando	<i>& fraudem jure tueri jurando quarebat enim</i>	Accius
Iusserat	<i>Fidem alligavit jurejurando suam,</i>	Juven.
Iussere	<i>Lebalem juguli iusserat esse notam,</i>	Senec.
Iusseris	<i>Omnes Tongilium medici iussere lavari.</i>	Mart.
Iusserit	<i>Graculus esuriens in cælum iusserit ibit,</i>	Mart.
Iustos	<i>Dives inops Roma seu fors ita iusserit exsul,</i>	Juven.
Iustificatur	<i>Tæta petunt, huc tu iustos asperge saporis.</i>	Horat.
Iustificatus	<i>Credit, sperat, amat, mandatur, iustificatur,</i>	Virg.
Iustitia	<i>Spiritus & sanctus baptismate iustificatam,</i>	Propi.
Iustitiam	<i>Iustitia ne prius mirer bellivæ laborem,</i>	Prud.
Iustificus	<i>Iustitiam latuit plebejo tectus amictum,</i>	Tibull.
Iustinus	<i>Iustificam nobis mentem avertere Deorum,</i>	Virg.
Iustior	<i>Sexcenti cœnant à te Iustine vocati,</i>	Lucan.
Iustissimus	<i>Rex erat Aeneas nobis quo iustior alter,</i>	Catull.
Iustius	<i>Procumbit, cadit & Repheus iustissimus uncti,</i>	Mart.
Iuturna	<i>Hac habeam tanto rependi iustius illis.</i>	Virg.
Iuturus	<i>Disce tuum, ne me incuses Iuturna dolorem,</i>	Virg.
Iuvamen	<i>Salve progenie terræ iuturna salubri.</i>	Iuven.
Iuvenis	<i>Et confert hamoptoicis hoc saepe iuvamen,</i>	Martial.
Iuvenis	<i>Imberbis juvenis tandem custode remoto,</i>	Horat.
Iuvenis	<i>Hoc triste nobis juvenis officium appare.</i>	Senec.
Iuvenalis	<i>Mox juvenes agitate jocos & pollice honesto,</i>	Peri.
Iuvenalia, ludi	<i>Clamosa juvenalis in Saburra, Phal:</i>	Propi.
Iuvenilis	<i>Iam vero juvenalibus peractis, Phal:</i>	Sidon.
Iuvenilibus	<i>Iuvenilis ardor impetu primo furit, Iamb.</i>	Senec.
Iuvenilior	<i>Ipsum autem sumtis Priamum juvenilibus,</i>	Virg.
Iuveniliter	<i>Silensiq; suis semper juvenilior annis,</i>	Horat.
	<i>Venatum in sylvas juveniliter ire solebam,</i>	Ovid.

Milar.	<i>Aut nimium teneris juvenentur verbis unquam,</i>	Juvenentur
Virg.	<i>Expecta, & validis terram proscinde juvenis,</i>	Juventus
Mart.	<i>Era juvenorum vulnera figet ubi,</i>	
Horat.	<i>Matre qui largis juvenescit herbis, Sapph.</i>	Juvenescio
Virg.	<i>Carmina qua lusi pastorum, audaxq; juvenia,</i>	Juventa
Lucr.	<i>Tum demum puerili auro florente juvenis,</i>	Juventus
Virg.	<i>Conjurat trepido Latium savitq; juvenis,</i>	Juventus
Senec.	<i>Properat juvenis omnis adductos simul, Jamb.</i>	
Catull.	<i>O qui flosculus es juveniorum, Phal.</i>	Juventiorum
Juven.	<i>— arma quid ultra littora Iuvena promovimus</i>	Iuvena
Lucr.	<i>Hac animos illis mulcebant atq; juvabant,</i>	Juvabam
Virg.	<i>Auxilio tutos dimittam opibusq; juvabo,</i>	Juvabo is
Seren.	<i>Ter quinque adjicias, potuq; juvaber illo,</i>	Juvaberis
Ovid.	<i>Ar tua supplicibus domus est assueta juvandis,</i>	Juvandus
Virg.	<i>Quid nunc te tua Turne potest germana juvare,</i>	Juvare
Horat.	<i>Si das, hoc parvis quoq; rebus magna juvari,</i>	Juvari
Virg.	<i>Raptat amor juvat ire jugis qua nulla priorum,</i>	Juvas
Virg.	<i>Adis o placidusq; juves, & sidera caelo,</i>	Juves
Virg.	<i>Evadit, neq; enim juvere in vulnera cantae,</i>	Juverunt
Catull.	<i>Non ita me Divi vera gemunt, juverint, Pentam.</i>	Juverint
Virg.	<i>Juveris auxilio, sin tot responsa secuti,</i>	Juveris
Virg.	<i>Nos aliquid Rutulos contra juvisse nefandum est,</i>	Juvisse
Virg.	<i>Juvis, & Argolis medium fugisse per ignes,</i>	Juvis
Virg.	<i>Ingenis ara fuit juxtaq; veterrima laurus,</i>	Juxta
Horat.	<i>Perfidus Ixion, lo vagar, tristis, Orestes,</i>	Ixion
Tibull.	<i>Illic Ixonem tentare Ixonis ausi,</i>	Ixonis
Virg.	<i>Atq; Ixonem vento rota consiliit orbis,</i>	Ixonius
Prop.	<i>Hic Ixoniden, ille Menaxiaden,</i>	Ixonides
L.		
Prud.	<i>Signabat labarum, clypeorum insignia Christus,</i>	Labarum
Lucr.	<i>Fincitur in longo spatio tamen atq; labascit,</i>	Labasco
Stat.	<i>Labdacus hos regni ferrum penes, ire manuq;</i>	Labdacus
Stat.	<i>Labdacus vero Pelopisq; à stirpe nepotes,</i>	Labdacus
Stat.	<i>Labdacida, primusq; lovis de sanguine clavo,</i>	Labdacides
Lucr.	<i>Ne leviter credas labefactari undiq; sensus,</i>	Labefactus
Prud.	<i>Labefacta senescere tandem, Parthen.</i>	Labefacta
Lucr.	<i>Membra voluptatis dum vi labefacta liquecant,</i>	Labefacio
P.Mim.	<i>Ecce in senecta ut facile labefecit loco, Iamb.</i>	Labefecit
Perf.	<i>Quis tibi labentes appones candidus annos,</i>	Labentes
Virg.	<i>Hinc mihi prima mali labes hinc semper Vlyses,</i>	Labes
Lactant.	<i>Hac monumenta tuos si labilis orbis amico,</i>	Labilis
Virg.	<i>Nec te peniteat calamo trivisse tabellum,</i>	Labellum
Horat.	<i>In cruce suffragat Labeone insanos inter,</i>	Labeo
Horat.	<i>Et Laberi mimos ut pulchra poemata miror,</i>	Laberius
Mart.	<i>Labicana levi cespere velas hinc,</i>	Labicanus

Labicus	— <i>Et picti scuta Labici,</i>	Virg.
Labienus	<i>Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga vilis,</i>	Juven.
Labium	<i>Inter singultus, labrisq; tremantibus Anna,</i>	Sil.
Labiosa	<i>Simula οὐδ' ἄλλω ac Satyra est labiosa Φήλημα,</i>	Lucr.
Labo as	<i>Custodes sufferre valens, labat ariete crebro,</i>	Virg.
Lababam	<i>Omnia tum vero vitabat claustra lababant,</i>	Lucr.
Labor verb.	<i>Præcipites cælo labi, noctisq; per umbram,</i> <i>Tempora labuntur tacitisq; senescimus annis,</i>	Virg.
Labare	<i>Et tamen hanc pelago præter labare necesse est,</i>	Virg.
Labier	<i>Cæpit et in vitium fortuna labiter aqua,</i>	Horat.
Labatur	<i>Corpus quod cassum labatur lumine semper,</i>	Lucr.
Labentibus	<i>Ductores Danaum tot jam labentibus annis,</i>	Virg.
Labere	<i>Labere nympha polo sineq; in vise Latinos,</i>	Virg.
Labetur	<i>Labitur et labetur in omne volubilis ævum,</i>	Horat.
Labere fut.	<i>Sic tibi cum fluctus subter labere Sicanos,</i>	Virg.
Labitur	<i>Labitur uncta vadis abies, mirantur et vada,</i>	Virg.
Labitantia	<i>Regnaq; qua parvo labitantia tempore dantur,</i>	Victor.
Labor nom.	<i>Fronde nemus, redit agricolis labor actus in orbem,</i>	Virg.
Laboré	<i>Res non parca labore, sed relicta, Phal.</i>	Mart.
Laboribus	<i>Cænes et pariter pulmenta laboribus empta,</i>	Horat.
Laborifer	<i>Namq; laboriferi cum jam natalis adesset,</i>	Ovid.
Laboris	<i>Mollis et impatiens ante laboris eram,</i>	Ovid.
Laboriosus	<i>Laboriosæ remiges Vlissei, Iamb.</i>	Horat.
Laboro as	<i>Aut ob avaritiam aut misera ambitione laborat,</i>	Horat.
Laboret	<i>Nec cur fraternis luna laboret equis,</i>	Prop.
Laboretur	<i>Arte laboretur, sed truncum forte dolatum,</i>	Colum.
Laborarunt	<i>Mea laborarunt manus, Iamb.</i>	Horat.
Laboratus	— <i>Arte laborata vestes,</i>	Virg.
Labraca	<i>Οὐδ' ὄν ἦν ἡγεμονία δ' ἄλλ' ἡ βασιλεία δὲ ἡγεμονία,</i>	Opp.
Labrum	<i>Hoc natat in labris et in udo est, Manas et Atys,</i>	Perf.
Labrusca	<i>Impressit memorem dente labris notam, Choriamb.</i>	Horat.
Labulla	<i>Sylvestris raris sparsit labrusca racemis,</i>	Virg.
Labyas	<i>Sota filia Clinici Labulla, Phal.</i>	Mart.
Labyrinthus	<i>Blanda cupidinei cur non amet ora Labyca,</i>	Mart.
 Virg. *Craber utraq; manu pulsat versatq; Careta,*
 Virg. *Aut latho insigni sorti pater a quis utriq; est,*
 Horat. *Fastidiret olus, qui me notat, utrius horum.*
 Mart. *Inuitas alios, vitium est utriusq; quod inquis.*
 Virg. *lactantemq; utroq; caput, crassumq; cruorem.*
 Ovid. *Nescit vero ruas, & potius rucere ardet utroq;*
 Horat. *Ambiguus quoties uter vero sit prior, aufert.*
 Navius. *Suapte utrosq; decuit acceptos cibo, Iamb.*
 Horat. *Virumq; sacro digna silentio. Alcaic.*
 Vide Vter & Vis Verbum.
 Virg. *Mollibus in pratis unctos salire pot utres.*
 Quid. *Aeolios lithacis inclusimus viribus Euroz.*

Vropygium

Vrsidus vit

Vrsinus

Vritica

Vraca

Vrinomen

Vris

Vrsipii

Vrsique

adeo

adeone

quaque

Vstica

Vstina

Vstulo as

Vsius nomen

singul.

Vsibus

Vsius

Vsius partic.

Vstatis

Vsura

Vsurarius

Vsurpo as

Vt

Vter subst.

Vter adject.

Vterlibet

Vternam

Vterque

Vtraque nom.

ablat.

Vtrique

Vtrius

Vtriusque

Vtroque

Vtro adverb.

ablat.

Vtrosque

Vtrumque

Vterque

Vtres

Vtribus subst.

Vide

Vterculus	Vide Vterus & Fraterculus.	
Vtriculus	Vide Fonticulus.	
Vterus	— uterumq; armato milite compleat,	Virg.
Vteri	<i>Dira potens uteri, vinculis levior ipsa remissis,</i>	Ovid.
Vtero	<i>Semina fert utero, conceptaq; crimina portat.</i>	Ovid.
Vterinus	Vide Vterus & Equinus,	
Vti adver. caus.	<i>Tu quoq; uti fieres nobilis historia.</i>	Prop.
Vti compar.	<i>Fertur uti pulvis collectus turbine, ne quid.</i>	Horat.
Vtica	<i>Aut fugies Vticam aut unctus misteris Iberdam.</i>	Horat.
Vtinam	<i>O utinam tunc cum Lacedaemona classe petebat.</i>	Ovid.
Vtlibet	<i>Vtlibet hac porcis hodie comedenda relinquit,</i>	Horat.
Vtor	<i>Vtor permissio caudaq; pilos ut equina,</i>	Horat.
Vti verbum	<i>Erigitur, si fortuna permittitur uti.</i>	Virg.
Vtar	<i>Grandia magnanimus per agit puer, utar ego utar,</i>	Perf.
Vtare	<i>Donec quicquid habes, an nunquam utare paratis.</i>	Horat.
Vtaris	<i>Si sapis utaris totis Coline diebus.</i>	Mart.
Vtatur	<i>Iupiter utatur jam Ganymede coquo.</i>	Mart.
Vtensile	Vide Vtor & Pensilis.	
Vtere	<i>Vtere nequis eat liber amore dies,</i>	Prop.
Vteris	<i>Vteris ore aliter, nimiaq; virgine captus.</i>	Mart.
Vteris fut.	<i>Plenior, es tamen uteris morituribus isidem.</i>	Horat.
Vtetur	<i>Vtetur toto fulmine rara manus.</i>	Mart.
Vtibilis	<i>Eamus iniro, non utibilis hic locus factus tuis,</i>	Plaut.
Vtilis	<i>Ver adeo frondi nemorum, ver utile sylvis,</i>	Virg.
Vtilior	<i>Conjugis utilior merx est, qua vendita sape.</i>	Mart.
Vtilissimus	<i>Consultissimus utilissimusq; Phal.</i>	Sidon.
Vtilitas	<i>Atq; ipsa utilitas iusti prope mater & equi,</i>	Horat.
Vtiliter	<i>Serviet utiliter sine pascat durus aretq;.</i>	Horat.
Vtimur	<i>Vtimur exemplis, ut non peiora super sint.</i>	Iuven.
Vtimini	<i>Vtimini vestris opibus, pietate benigna,</i>	Paul. Ep.
Vtitur	<i>Ponderibus modulisq; suis, ratio utitur, acres.</i>	Horat.
Vt pote	<i>Inde rubos fessi pervenimus, utpote longum.</i>	Horat.
Vtri	<i>Rebus, utri magni victoria sit data regni.</i>	Enni.
Vtrinque	<i>Ah facinus, tunica pater inguen utriusq; levata.</i>	Mart.
Vtrobidem	<i>Vtrobisq; percognovi, utrobidem, istoc pol otiosus.</i>	Plaut.
Vtrobique	<i>Faciant ut utrobisq; orationem doctae & caute dedit.</i>	Plaut.
Vtrubi	<i>Vtrubi occumbo? utrubi vis, cum ambobus volo,</i>	Plaut.
	<i>nam ambos amo.</i>	Mart.
Vtrum	<i>Dicis utrum mavis elige, malo manum,</i>	
Vtrumne	<i>Nec quicquam differre, utrumne in pulvere trinus.</i>	Horat.
	<i>Pertinet & nescire malum est, agit amur utrumne.</i>	Horat.
Vtut	<i>Vt ut hoc sunt facta potius quam licet sequar.</i>	Terent.
Vva	<i>Duceret apricis in collibus vva colorem.</i>	Virg.
Vvet	<i>Vvet q; semper dulcibus tollus aquis.</i>	Iamb.

Lucr.	<i>Vvescunt eadem, dispersa in sole ferescunt,</i>	Vvesco
Stat.	<i>Gauro Messicus uvifer remitti, Phal.</i>	Vvifer
Virg.	<i>Vvidus hyberna venit de glande Menalca.</i>	Vvidus
Horat.	<i>Vvidius quidam, non longa est fabula, dives,</i>	Vvidius vir
Carull.	<i>Vvidulam à fletu cedentem ad templum Deum me.</i>	Vvidulus
Virg.	<i>Conspiciunt, furit immisis Vulcanus habenis,</i>	Vulcanus
Virg.	<i>Horrida per latos acies, Vulcania campos.</i>	Vulcanius
Virg.	<i>Tam studio effusa matres & vulgus inermum,</i>	Vulgus
Virg.	<i>Occidet, Assyrium vulgo nascetur amomum,</i>	Vulgus adverb.
Virg.	<i>Rumpere & obductum verbis vulgare dolorem,</i>	Vulgare verb.
Horat.	<i>Cætesq; vulgares & udam, lamb. cum syll.</i>	Vulgares
Horat.	<i>Iejunus stomachus raro vulgaria temnis,</i>	Vulgaria
Mart.	<i>Vulgarit arcana, sub iisdem, lamb. cum syll.</i>	Vulgarit
Virg.	<i>Fama volat parvam subito vulgata per urbem.</i>	Vulgata
Ovid.	<i>Sic aret medius tanti vulgator in undis.</i>	Vulgator
Virg.	<i>Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem,</i>	Vulgatur
Horat.	<i>Vulgavi fidicen juvat immemorata ferentem,</i>	Vulgavi
Lucr.	<i>Vulguvago vitam tractabant more ferarum.</i>	Vulguvagus
Virg.	<i>Vulnus alit venis, & caeco carpitur igni,</i>	Vulnus
Virg.	<i>Objectant; pulchramq; petunt per vulnera mortem,</i>	Vulnera
Virg.	<i>Affixa venis, animasq; in vulnere ponunt.</i>	Vulnere
Virg.	<i>Effugies, neq; enim is teli neq; vulneris auctor,</i>	Vulneris
Virg.	<i>Vulneribus donec paulatim evicta supremum,</i>	Vulneribus
Maxim.	<i>Quo tibi cristatum vulniferumq; caput.</i>	Vulniferum
Virg.	<i>Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquescit,</i>	Vulnificus
Horat.	<i>Astuta ingentem vulpes imitata leonem,</i>	Vulpes
Horat.	<i>Forte per angustam tenuis vulpecula rimam,</i>	Vulpecula
Perf.	<i>Continuo crassum ridens, Vulpenius ingens,</i>	Vulpenius vir
Plaut.	<i>Vulpinus animus, ne quid motiatur mali, lamb.</i>	Vulpinus
Varro.	<i>Vulpinare modo concursa, qualibet erras.</i>	Vulpinare
Virg.	<i>Vultis & his mecum pariter considerare regnis,</i>	Vultis
Virg.	<i>Porrigitur ostroq; immanis vultur a dunco,</i>	Vultur avis
Mart.	<i>Cujus vulturis hoc erit cadaver, Phal.</i>	Vulturis
Juven.	<i>Et qui vulturibus servabat viscera Dacis,</i>	Vulturibus
Carull.	<i>Suscitat à cano vulcurium capite, Pent.</i>	Vulturios
Marr.	<i>Et Vulturino mentulam parom collo, Scaz.</i>	Vulturinus
Lucan.	<i>Vulturis & calida buconi buxeta Matini,</i>	Vultaris mons
Horat.	<i>Me fabulosa vulture in Apulo, Alcaic.</i>	Vulture
Mart.	<i>Certior in nostro carmine vultus erit,</i>	Vultus nom. fin.
Pedo.	<i>Vs facilis vultus uritur ille rigor.</i>	Vultus gen.
Virg.	<i>Indurat Circe in vultus ac terga ferarum,</i>	plur.
Sedull.	<i>Discite nocturnas exsinctis vultibus umbras,</i>	Vultibus
Horat.	<i>Vxor, & inculti pacantur vomere sylvæ,</i>	Vxor
Mart.	<i>Nata cum tu longe deserta uxore diuq;</i>	Vxore

Vxori	<i>Quæritis? uxori nubere nolo me a.</i>	Mart.
Vxoribus	<i>Nil fuerit mi, inquit, cum uxoribus unquam alienis.</i>	Horat.
Vxorius	<i>— pulchramq; uxorius turbem exstruis.</i>	Virg.
X.		
Xanto nympha	<i>Drymōq; Xantoq; Ligeaq; Philodoceq;</i>	Virg.
Xenarchus	Vide Xenium.	
Xenium	<i>Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello.</i>	Mart.
Xenocrates	Vide Xenium & Hippocrates.	
Xenodorus	Vide Xenium & Theodorus.	
Xenophon	Vide Xenium & Bellerophon.	
Xerampelinus	<i>Et Xerampelinas veteres dona verit ipsi,</i>	Iuven.
Xiphias piscis	<i>Et durus Xiphias iclu non mitior ensis.</i>	Ovid.
Xylobalsamum	<i>Φύξιλο βάλσαμα ἐπιθελασάμα τε δεχμαίς πείεις.</i>	Andr.
Z.		
Zabulon	<i>Terra Zabulon & regio cui Nephtala nomen,</i>	Iuven.
Zabulones	<i>Finibus & statuit Zabulonum ponere sedes,</i>	Iuven.
Zachæus	<i>Dulcis amor Domini Zachæo fulsi amico,</i>	Helpid.
Zacharias	<i>Zachariæq; domum penetrat gravidamq; salutat.</i>	Iuven.
Zazyntus	<i>Iam medio apparet fluctu nemorosa Zazyntibus,</i>	Virg.
Zalates	<i>Armenius Zalates cunctis narratur Ephebus,</i>	Iuven.
Zaleucus	<i>Sanxerit, & Locris dederit, qua jura Zaleucus.</i>	Auson.
Zama	<i>Et Zama & uberior Rutulorum sanguine Tapsus.</i>	Sil.
Zamia	<i>Ibi manum injicit benigne, ibi onerat aliq; Zamia Plaut,</i>	
Zamolxis	Vide Zama.	
Zea	<i>Græce ζέα η̄ ζεία Hom. πρὸς ἰὴ ζεία ττ' ἠδὲ δ' εὐφροῖς</i>	
Zebedeus	<i>Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt.</i>	Iuven.
Zelus	<i>Quin etiam cupio junctus quia Zelus amoris est,</i>	Auson.
Zeloas	<i>Qui zelat populum summo pietatis amore,</i>	Tertull.
Zelotes	Vide Zelo.	
Zelotypus	<i>Ponere Zelotype juvenis pralatus Hyarbe,</i>	Iuven.
Zenon	<i>Chrysippus Zenonq; docens præcepta tenere,</i>	Sidon.
Zeno	<i>Democritos, Zenonas in explicitisq; Platonas,</i>	Mart.
Zenodotus	<i>Esset Aristarchi tibi gloria Zenodotiq;</i>	Auson.
Zephyrus	<i>Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit,</i>	Virg.
Zephyridos	<i>Zephyrides arcem si quis excedat rite, Iamb.</i>	Avien.
Zephyritis	<i>Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat, Spond.</i>	Catull.
Zerinthus	<i>Inde levi vento Zerinthia litorea nata,</i>	Ovid.
Zetes	<i>Implumes Calaisq; puer Zetesq; fuerunt,</i>	Ovid.
Zethus	<i>Et durum Zethum, & lacrymis Amphionæ mollem, Prop.</i>	
Zingiber	<i>Zingiber & calidum, mordax piper, & lasar algens, Marcell.</i>	
Zingiber	<i>Ζίγγιβρα & ζεγεμενὸν ἰκκαίου περικαπτερόν.</i>	Alcim.
Zizania	<i>De satione Dei zizania vulsis amara,</i>	Fortun.
Zizaniorum	<i>Zizaniorum semina, Iamb.</i>	Prud.
Zizipha	<i>Spinis fulta subit seges horrida zizaniorum.</i>	Prop.
	<i>Græce Ζίζιφα. Vide Sisyphus.</i>	

Quos:

- Aufon. Quot quot super Terram sidera Zodiaci, Pentam. Zodiacus
 Mart. Zoilus agrotat faciunt hanc stragula febrem, Zoilus
 Ovid. Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes, Zoile
 Virg. Quinq; tenent cælum zona, quorum una corusco, Zona
 Lucil. Gerdius ancilla, Pueri Zonarii' tector. Zonarius
 Lucil. Zonam circum impluvium cum eram is cludebat, Zonam

Spond.

Græce Ζωόφυτα.

Græce Ζωπίος α.

Græce Ζώνη β.

Zoophyta

Zopilla

Zopyrus

Zoroastres

- Prud. Qui Zoroastres turbasset forte susurros,
 Opp. Τῶν ἢ τοι κρύβει σέγειον, βλασφημῆς Ζωγωνα.
 Pedo. Et Zygii juxta vivunt regione sub una,
 Colum. Vt Pelusiaci prorsus pocula Zithi.

Zygana

Zygii

Zythum

R r 5

APPEN-

APPENDIX VOCVM ALIQVOT, QVAS ECCLESIASTICI & alii quidam posteriores Poetae contra vel regulas, vel orthographicam, vel originis naturam, vel morem veterum usurparunt, non temere imitandas.

A.

- Abdera **Q**uod *Cous docuit senior, quodq, Abdera suavit,* Marcell.
Media hujus per scriptum etiam Martialis.
producit.
- Abydus *Sestos ubi atq, Abydos parvo salo discernuntur,* Avien.
Media Ovidio longa est.
- Adon *Ammon & Arentis Libyes, ac Biblius Adon.* Capell.
Priorem Virgilius brevem ponit.
- Affatim *Suppetit affatim exemplorum copia nosq,* Arator.
Media Accio est brevis.
- Agatho *Hinc mater, hinc sponsa Agnes, Thecla dulcis Agathe,* Fortun.
Secundam alii & Martialis ipse brevem habent.
- Ammon *Ammon & arentis Libyes, ac Biblius Adon.* Capell.
Ultima per scriptur, quae longa semper.
- Aquitania *Temperat ingenuos quae latha Aquitania mores.* Aufon.
Aquitanicus *Fulmentis Aquitanicis superba,* Phal.
Secundam producit Tibullus.
- Aratus vir *Aut Arati numeros, aut picta Manethonis astra.* Mamert.
Secundam Hel. Cinna producit:
- Archyta *Archyta, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chry-Fortun.*
sippus.
Mediam Propert. extendit.
- Archimedeus *Archimedeas astrificante manus.* Pent.
Architectus *Qui fundamentis manet Architectus in illis.* Capel.
Secundam Mart. contrahit.

B.

- Beryllus *Hinc sibi sapphirum sociaverat atq, beryllum,* Prud.
Primam Propert. producit.
- Berytus *Hic Tyrus est opulens & Berytus optima, Biblos,* Avien.
Secundam Propert. extendit.
- Betycus *Salnivium sumet Beticum, quod nomine dicunt,* Seren.
Prima Martialis est longa.
- Bipes *Qui bipes, & quadrupes feret, & tripes omnia so-* Aufon.
lus.
Posterior producit in tripes, quadrupes, & bipes
veteribus.

Bis

- Arator. *Bis habitum, quem culpa creat, jam bella tribunos.* Bis
Brevis & Ovidio & aliis.
- Au. Phil. *Blaterat hinc aries, & pia balat ovis.* Blaterae
Horatio prima hujus contracta est.
- Auson. *Æs veluti spirans cum bobus exagitat.* Bobus
At priorem Ovidius producit.

C.

- Prud. *Plantis calceamenta dissolutis,* Phal. Calceamenta
Tertia natura longa est in calceatus.
- Prud. *Hinc Chalcedon habes perfunditur ex hyacinto.* Chalcedon
Ultima per se scribitur: ideoque producenda.
- Victor. *Tunc erit ut rerum compos, & certa salatus.* Compos
At ultimam Ovidius corripit.
- Maxim. *O quam dura premit miseris conditio vita.* Conditio
Secundam Horatius & alii breviant.
- Licent. *Arcet amor, copulamq; tenet communis honesti.* Copula
Prima Ovidio longatur.
- Avien. *Corcyra compta solum, locupletur Corcyra sulco.* Corcyra
Producit secundam Ovidius.
- Priscian. *Corycus Pergeq; calens, & celsa Phaelis.* Corycus
Secundam Virgilius corripit.
- Auct. Ph. *Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.* Cuculus
Media ratio est producta.

D.

- Prud. *Multiplicis dum demon adest, qui parte sinistra,* Dæmon
Posterior per se quoque scribitur, naturam longam.
- Sidon. *Et primum Darii tumultuantes.* Phal. Darius
Prima Ovidio & Claudiano prolongatur.
- Alcim. *Et si crimen erit, terror non deerit alter* Decrit
Veteres synæresin ex prima & secunda faciunt.
- Prud. *Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,* Delibutus
Secunda Horatio corripitur.
- Arator. *Vulneribus sua membra probas, modo Didyme distis,* Didymus
Prima Martialis est brevis.
- Prud. *Quicquid dispar habet cumulum discretio capis,* Dispar
Posteriorem Horatius longam statuit.

E.

- Tertull. *Sic & Apostolico decurrit Ecclesia verbo,* Ecclesia
Scribitur per geminum xx.
- Sedul. *Ecclesiam pulcro Christus sibi junxit amore,* Ecclesia
Sectin-

Eneceus	Secunda per η eta quæ longa est scribi debet, <i>In cataclysmo eneceus pariter cum prole parentes.</i> Tertull.
Energima	Horatius primam producit. <i>Audiat in sanum bacchantis energima monstri,</i> Prud. Scribi oportet $\omega\eta\zeta\eta\mu\zeta$ per eta, natura produ- cenda.
Eneryat	<i>Corpus eneryatatum gereret sine laude palastra.</i> Symma. Virgilio prima extensa est.
Enigmata	<i>Legis in effigie scriptum per enigmata Christum.</i> Prud. Scribitur autem ænigmata cum $\omega\eta$ diphthongo longa, — ζ septem panibus agmen, Sedul.
Enormis	<i>Pavit enorme virum praterq; infirma secundi,</i> Hujus primam, longam facit Statius.
Eremus	<i>Excidit ergo animus eremi situs; excidit ille,</i> Prud. Scribitur $\epsilon\eta\mu\zeta$ per eta in secunda, ideoque pro- ducenda.
Evangelium	<i>Tradit Evangelium Paulus sine crimine mundum,</i> Tertull. Scribitur per diphthongum $\omega\eta$ in prima, quæ est longa
Eugenia	<i>Hic Paulina, Agnes, Basiliassa, Eugenia regnant.</i> Fortun. Secunda per eptilon scribenda, quæ corripitur.
Euripides	<i>Gessissent Sophocles & Euripides, Phal.</i> Sidon, Secundam longam, tertiam brevem ponit Aristo- phan.

F.

Fames	<i>Pignoribus, spoliatq; suos fames impia natos,</i> Prud. Posteriorem Virgilius producit.
Fere	<i>Nam tecum fere totus ero, quodcumq; recedam,</i> Aufon. Ultima longa positur à Virgilio
Feritrus	<i>Quo tibi fervor abijt per quem feritura placebas,</i> Maxim. Secunda, quia quartæ est conjugat. producenda fuerat.
Fiens	<i>Credite vera fient, nec spe frustrabor inani,</i> Arator. Prior in Fiet longa est Virgilio & alio.
Fimus	<i>Sive columbarum fimus miscetur aceto,</i> Seren. Priorem corripit Virgilius.
Flagitaret	<i>Tempere extremam, cum flagitaret opem</i> Capell. Primam hujus productam ponit Horatius.
Floriamus	<i>Nominis ore tui jam Floriane tenes,</i> Arator. Prima in florus est longa.

G.

- Prud. *Ingluuiem, vegetamq̄, gulam ganeonic inescent,* Ganeo
Primam Iuuenalis producit;
- Prud. *Iura pasi, q̄ laxa ganeorum lege teneri,* Ganea
A Terentio & Plauto prima producitur
- Fortun. *Porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi,* Genesis vit
Scribitur $\gamma\epsilon\upsilon\omicron$. @ per epilon in secunda, quæ bre-
vis est.
- Sidon. *Traclator, geometra musicuq̄,* Phal. Geometra

H.

- Fortun. *Vipera, seps, jaculus, basiliscus, hemorrhous, aspis,* Hæmorrhous
Diphthongus æ est in prima, & à Nicandro præ-
ducta.
- Prud. *Cognomento hæress, Deus est mihi discolor inquit,* Hæressis
Diphthongo in prima hæressis scribi debet.
- Sedull. *Herodes hostis impie,* Iamb. Herodes
Hæodn syllabis tribus natura longis constat.
- Fortun. *Hinc simul Hilarium, Martinum Gallia mittit.* Hilarium
Hilaris primam corripit apud veteres.
- Sidon. *Eucherii venientis iter, redeuntis Hilaris,* Hilaris
Hilaris sicut primam, ita secundam quoque con-
trahit.

I

- Prud. *Quosq̄ viros non ira fremens non idola bello,* Idolum
Prud. *Idolum ardebat debere perfidia,* Idolum
Prud. *Injecerat lapides fumosos idololatrix,* Idololatrias
Scribitur $\epsilon\iota\delta\omega\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ prima atque secunda produ-
cendis.
- Marcell. *Palmula nec desinit Idumes, nec pruna Damasco,* Idume
Secundam prolongat Virgilius,
- Prud. *Et imbecilla infantia,* Iamb. Imbecillus
Secundam hujus Horatius extendit.
- Peud. *Succumbit Phrygio, coitus fuit impar utriq̄,* Impar
Posteriorem producit Horatius.
- Helpid. *Inchoamenta gerens fragiles processit in artus,* Inchoamentum
Tertia longa est à supino conjugat. primæ,
- Sidon. *Crebras inquietata per procellas,* Phal. Inquietatus
Tertia ab inquietus fit, quæ produci debet.
- Alcim. *Quando induratum plebes Iudaica Regem,* Iudaicus
Secundam Iuuenalis contraxit.

Iastri-

Læsrygonas	<i>Læsrygonas nos esse puta: monstrumq; tributum,</i> Sidon. Secundam producent veteres.	
Latro	<i>Explorare iuvat, ventremq; explere latrantem,</i> Victor. Priorem producent veteres.	
Lavacrum	<i>In qua lavacrum fidei virtute renata,</i> Prosp. Secunda protrahenda est à supino lavatum descen- dens.	
Lues	<i>Cuspis avaritia stupuit lues improba castis,</i> Prud. Postremam Virgilius productam habet.	
Lusitanus	<i>Lusitanorum caput oppidorum,</i> Sapph. Prud. Secundam æque ac primam Silius protendit.	

M.

Macedo	<i>Fœcundo jejuna solo vir quippe Macedo,</i> Arator. Secundam eam Lucanus semper brevem ponit.	
Macedonia	<i>Vescitur esuriens Macedonia, perq; soporis,</i> Arator. Tertiam Ovidius brevem statuit.	
Mæotides	<i>Mæotidumq; plaga pontus quas obruit Helles,</i> Licent. Secundam Ovid. longam fecit.	
Margarithæ	<i>Margaritum ingens opibusq; & viribus arcæ,</i> Prud. Secundam Petrus Arbiter & alii contrahunt.	
Melanthia	<i>Nascuntur gracili melanthia grata cumino,</i> Colum. Prima ab aliis & in aliis cotripitur.	
Melanurus	<i>Melanurum, turdum, merulam umbramq; mari-Ennius,</i> <i>nam,</i> Contra primam brevem, tertiam longam Ovidius habet. Scribitur enim μελάριος: vel Anapæstus est pro dactylo apud Ennium.	
Melos	<i>Qua Melos atq; Crathis stuvii, qua currit laon,</i> Priscian. Posteriorem ponit longam Ovidius.	
Melite	<i>Sicanio lateri remis vicina Melite,</i> Arator. Secunda corripitur ab Ovidio.	
Meridies	<i>Luna nec in noctem, Sol neq; meridiæ,</i> Fortun. Primam brevem, secundam longam Horatius facit.	
Mithras	<i>Dissona sacra Mithram, Ditemq; ferumq; Typhonem</i> Capell.	
Mitra	<i>Vt mirrata sariem cohibens aurata virilem,</i> Prud. Vtriusq; prior à veteribus producitur.	
Modo	<i>Vlla potest decreta modo, tu vive superstes,</i> Victor. Posterior corripitur apud veteres.	
Mosyni	<i>Mosyniq; domos præbent, quis lignea tecta,</i> Prisc. Prima	

Prima Tibullo contrahitur.

N.

- Alcim. *Quos statuam Assyrii negligentes principis illam.* Negligentes
 Alcim. *Pœniteatq; olim negligenter temporis acti,* Negligentes
 Primam veteres producut.
 Sidon. *Sin tandem penitusq; nisi nihile esse videtur,* Nisi
 Hujus ultima veteribus brevis ponitur.
 Sidon. *Non hic Assyrii Nimum priorem, Phal.* Ninus Rex
 Cuius priorem Mart. producit.
 Prud. *Campanus Capus, jamq; Nolanus adest,* Nolanus
 Huius primam Aufonius extendit.

O.

- Avien. *Hæretici sensus, nullamq; omnino relictum,* Omnia
 Ultimam Virg. producit.
 Fanni. *Fluctuat æquoribus, nec non Oretaq; feroces,* Oretæ
 Lucano media producutur.

P.

- Avien. *Vsq; in saxosi Pachyni juga, plurimus inde,* Pachynus
 Media longa est veteribus.
 Maxim. *Pædagogus agit me, nam tristissima mater,* Pædagogus
 Secundam corripit Mart.
 Prosp. *An dextram pacis palam dare, tepudet hosti,* Palam
 Prima Virgilio brevis existit.
 Avien. *Pamphylis in fines hic idem Cragus habetur,* Pamphylia
 Hujus secundam Statius producit.
 Avien. *Hæc cum Pandionis lectum componeret aula,* Pandiores
 Secundam longam habet Lucanus.
 Avien. *Cæspite Paphiaco prodit saxosa Carambis,* Paphiacus
 Primam contrahunt antiquiores.
 Avien. *Spirat de Patrio corde paracletus, Chor.* Paracletus
 Scribitur tamen per η ita perultima παρακλήτ
 producenda.
 Prud. *Innocuas inter soboles genuit paricidam,* Paricida
 Arator. *Paricida trahis quod Christo sanguine fuso,* Paricida
 In his primam longam, secundam brevem ponit
 Horat.
 Licent. *Sidoniosq; inter mansit, regnumq; Pelopum,* Pelopus
 Mediam veteres contrahunt.
 Sedul. *Mors fera per hominē, miserum sibi subdidit orbem, Per*
 Pervetustis semper breviatur.
 Aufon. *Cujus opes? Phidias, qui signum Palladis ejus,* Phidias
 Primam

Philosteta	Primam antiquiores prolongant. <i>Philosteta tibi dedit Pharetram, Phal.</i>	Sidon.
Philosophus	Prima contrahitur Virgilio. <i>Pingere Philosophi vittricem Laida cepit,</i>	Sidon.
Photinus	Philosin omnibus compositis primam abbreviat. <i>Haese occuleant Photinus & Arrius arte,</i>	Prud.
Phrenesis	Primam Lucanus breuem fecit. <i>Et vitio cerebri phrenesis furiosa movetur.</i>	Seren.
Phreneticus	Media est longa Iuvenali. <i>Qui mirum rabido si corde phreneticus ager,</i>	Prosp.
Physicus	Primam Mart. producit. <i>Physica vel logico logicum, vel jungit ad ethos,</i>	Sidon.
Pilatus	Primam breuiat Aufonius. <i>Finge animo & testes & caeci infanda Pilati.</i>	Lactant.
Pisidia	Prima & natura & usum veterum producit. <i>Tum Pisidia ferox exercet pingua culta,</i>	Avien.
Plato	Claudianus & primam & secundam curtas ponit. <i>Archita, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chrysis</i>	Fortun.
Pollicebantur	Primam Horatius breuem facit. <i>Argentiter dena illi mox pollicebantur,</i>	Iuven.
Præputium	Tertiam natura protendit Pollicebar. <i>Præputio exsutos octava luce sacrate,</i>	Victor.
Præsto adrer.	Secundam Iuvenalis extendit. <i>Respondit hic Romanus eccum præsto sum, Iarab.</i>	Prud.
Præstigiæ	Ultimam producant veteres. <i>Præstigiæ, diu nebulosa in fraude peracta,</i>	Alcim.
Proles	Secunda producta antiquioribus. <i>Et nova de terris proles in astra volat,</i>	Fortun.
Propitius	Posterior longa est Iuvenali. <i>Nam me propitius rerum pater unicus alto,</i>	Iuven.
Psalterium	Primam corripitur Senecæ. Similia sunt Propitius <i>propitiabilis, &c.</i>	Arator.
Pugil	<i>Psalterium Lyrici composuere pedes,</i> Secunda extenditur & Virgilio natura. <i>Vinctis Pugilibus miles pugnabat Hetruscus,</i>	Prud.
Pugillares	Prior brevis Horatio. <i>Inde pugillares soliti percurrere ceras,</i>	Prud.
Pulex	Primam Iuvenalis longam ponit. <i>Parve pulex & amara lues inimica puellis.</i>	Auct. Ph.
	Primam Mart. producit.	

Quin-

- | | | |
|---------|--|--------------|
| Catull. | <i>Quintilia quantum gaudet amore tuo,</i> | Quintilia |
| Horat. | <i>Ergo Quintilium perpetuus sopor,</i> Choriamb. | Quintilius |
| Mart. | <i>Gloria Romana Quintiliæ toga,</i> | Quintilianus |
| | Secunda his tribus contra naturam Quintilis primitivi est contracta. | |

R.

- | | | |
|---------|---|-------------|
| Capell. | <i>Terris recolitis vestra tenerier,</i> Chor. | Recolitis |
| | Prima est veteribus contracta. | |
| Prud. | <i>Ipsa redimitos oleæ frondente capillos,</i> | Redimitus |
| | Secunda Virgilio est brevis. | |
| Valer. | <i>Æquaq; nec ferro brevior nec rhomphea ligno,</i> | Rhomphea |
| Prud. | <i>Dextram perarmat rhompheali incendia,</i> lamb. | Rhomphealis |
| | Græce scribitur ῥόμφαια, diphthongo in secunda. | |

S.

- | | | |
|----------|---|-------------|
| Arator. | <i>Personas tres esse negant, Sabellius unam,</i> | Sabellius |
| | Prima alias & ubique breviatur. | |
| Arator. | <i>Forma sacrificii perfecta prisca canistro,</i> | Sacrificium |
| | Secunda contrahitur vetustioribus. | |
| Calphur. | <i>Vi quoq; turba bono plaudat saginata magistro,</i> | Saginatús |
| | Secundam produciunt veteres & primitivum. | |
| Avien. | <i>Fertilis Ægine tellus & opima Salamis,</i> | Salamis |
| | Sed mediam veteres omnes contrahunt. | |
| Cinn. | <i>Hestica quod salubrem cuspis haberet opem,</i> | Salubris |
| | Secunda in saluber & salutis longe existit. | |
| Sidon. | <i>Vernaans herbida crusta Sapphiratos,</i> Phal. | Sapphiratus |
| Alcim. | <i>Sapphirino viridi maculoso carulo & albo,</i> | Sapphirinus |
| | Secunda in ambabus rectius produciuntur. | |
| Prud. | <i>Iamq; Remi populo quernis Sardinia glandes,</i> | Sardinia |
| | Secundum Mart. contrahit. | |
| Auson. | <i>Scatiniam metuens, non metuit Tisiam,</i> | Scatinia |
| | Secunda hujus vocis longa est Iuvenali. | |
| Fortun. | <i>Caciliam Sicilia profert, Seleucia Teclam,</i> | Seleucia |
| | Prima in Seleucus brevis est. | |
| Maxim. | <i>Continuus gemitus agra senectus habet,</i> | Senectus |
| | Ultima hujus substantivi longa est, sicut in voce virtus, teste etiam Seneca tragædo. | |
| Marcell. | <i>Quodq; ab Idumeis victum Seplasia vendunt,</i> | Seplasia |
| | Secundam Ausonius breviatur. | |

Servilius	<i>Hos quoq; sub nostris demuit Servilius, ut q;</i>	Sidon.
Servilia	<i>Maiora, mox cum dederit Servilia nummos,</i> <i>Vtraq; cum primitivo consentit. Secundam tamen</i> <i>Horatius corripit.</i>	Iuven.
Serus	<i>Profert & Ponto septem Serus explicat ora,</i>	Avien.
Severinus	<i>Tu pater & patria lumen Severine Boeshe,</i>	Gerbert.
Sextilianus	<i>Bis decies solus Sextiliane bibis,</i>	Mart.
Silicibus	<i>Compar silicibus nunc hyacinthus eat,</i>	Euch.
Simon	<i>Simon paret orans, & aquosis gentibus instat,</i>	Sedul.
Simon	<i>Hi fuerat Simon ille magus, quem prodidit orbis,</i>	Arator.
Simonem	<i>Hinc Simonem & Iudam, lumen quos Persa gemel-</i> <i>Secundam item extendit Horat.</i>	Fortun.
Sinapi	<i>Et mentam & sinapi, coriznardum, prototomumq;</i>	Marcel.
Sinus vestis	<i>Baltheus, & revocet volucres in pectore sinus,</i>	Liv. And
Suavius	<i>Illam Sirenis stupefactus caustibus aquans,</i>	Maxim.
Smaragdinus	<i>Has inter spectes smaragdina gramine verno,</i>	Prud.
Socrates	<i>Socratem palmam promeruisse ferunt,</i>	Maxim.
Solecismus	<i>Da rectum casum, jam solecismus erit,</i>	Aufon.
Sophiæ	<i>Sortiti atheria coluerunt dogma sophia,</i>	Prud.
Sphera	<i>Et natura & Mart. mediam brevem ostendunt.</i>	
Stipendia	<i>Cujus ad arbitrium sphaera mobilis atq; rotunda,</i>	Prud.
Stipendia	<i>Scribenda prior enim diphthongo</i>	
Stipendia	<i>Vi post ju. isona famosa stipendia lingua,</i>	Sul. Lup.
Stipendia	<i>Primam Catullius producit.</i>	
Statim	<i>Eligit aerem statim sibi corpus adaptans,</i>	Alcim.
Statim	<i>Catullus priorem corripit.</i>	
Stator	<i>Iovi statori debet & Diis ceteris, Iamb.</i>	Prud.
Stator	<i>Longam ponit Ovidius.</i>	
Suffragium	<i>Suffragium Christi, & plausibus angelicis,</i>	Prosp.
Suffragatus	<i>Hac nunc per ejus suffragata literam, Iamb.</i>	Paul. Ep.
Suffragatus	<i>Secundam Statius longam producit.</i>	

Quis

Aufon. *Quis Catinam fuleat, aut quadruplices Syracusas,* Syracusa
A Virgilio & Ovidio secunda producta, tertia cor-
repta, diphthongo in o mutata ponitur.

T.

Sidon.	<i>Vel Taurominitana quos Charybdis, Phal.</i>	Taurominje.
	Lucan. secundam corripit & quartam producit:	
Sidon.	<i>Thales hoc etiam numeris inquirat & astris,</i>	Thales
	Primam corripit Iuvenalis.	
Seren.	<i>Allia praecepit Ticini sententia nocti,</i>	Ticinus
Sidon.	<i>Vltima jam claros quærunt post damna Ticini.</i>	Ticinus
	Sed primam atq; secundam Silius producit.	
Seren.	<i>Fraxinea in flammis qua fundit tilia succum,</i>	Tilia
	Prima Ovidio est brevis.	
Sedul.	<i>Non mordax aruga vocat, non tinea fuleat,</i>	Tinea
	Primam Horatius corripit.	
Fortun.	<i>Occurris Tre viros, aliis quaq; mota querelis,</i>	Treviri
	Prima Lucano protenditur.	
Arator.	<i>In tenebris triduana gerit, facit esse fidelem,</i>	Triduanus
	Primam longam ponit Martial.	
Aufon.	<i>Vota levat trigono, vires sociante sequenti,</i>	Trigonus
	Secundam Manilius extendit.	
Aufon.	<i>Qui bipes aut quadrupes foret, & tripes omnia solus</i>	Tripes
	Posterior Horatio est longa.	
Sidon.	<i>Defendis Turonem, aberas post tempore parvo,</i>	Turones
	Primam atq; secundam contrahit Lucanus	
Capell.	<i>Dissona sacra Mithra, Ditemq; ferumq; Typhonem,</i>	Typhonem
	Prima Virgilio longa existit.	

V.

Fortun.	<i>Cum reget princeps data jura Valentinianus,</i>	Valentinianus
	Tertiam Valentinus natura protrahit.	
Prud.	<i>Vidimus b Christo Valeriane sacer,</i>	Valerianus
Prud.	<i>Valeriorum Adonius versus.</i>	Valeriorum
	Primam hujus Horatius, illius Martialis contra- hit.	
Alcim.	<i>Qualia divitia valetudo corporis ipsum,</i>	Valetudo
	Secunda longa est Horatio.	
Maxim.	<i>At postquam teneram rupit verecundia frontem,</i>	Verecundia
Maxim.	<i>Prostratus pedibus verecunda silentia rupit,</i>	Verecundus
	Secunda ambarum natura usq; producitur.	
Prud.	<i>Ac vero postquam lectuli, Iamb.</i>	Vero adverb

§ 2

Poste-

Vestigium	Posterior Virgilio est producta. <i>Vestigii calcare suis veneranter adorant.</i>	Sedul.
Viticula	Secunda longa est Veteribus. <i>Viticula in gracili later ingens corpore botrus,</i>	Tertull.
Ultra	Secundam longam facit Virgilius. <i>Cura mihi prodest, nec ducitur ultra cicatrix,</i>	Seren.
Vlysses	Vltima hujus Virgilio & aliis est longa, <i>Efficior demens aliter Vlysses ego,</i>	Maxim.
Vomica	Vltima est longa sicut in Vulpes. <i>Vomica qualis erit, vel eidem proxima quadam,</i>	Seren.
Vulpes	Primam contrahit Iuvenalis. <i>Hunc arguta novo gaudentem vulpes amicum.</i>	Ayien.
	Posterior longa est Horatio.	

Sedul.

Tertull.

Seren.

Maxim.

Seren.

Ayien.

DE

D VER

SE

S

S

P

O

C

Q

T

C

F

N

C

E

R

V

E

T

H

I

T

T

S

P

D

E

T

P

R

C

A

I

S

P

I

H

I

N

C

S

I

L

I

A

S

I

L

I

A

S

I

645

DEO VERO, ÆTERNO, VNI ET TRINO
SERVATORI, EVCHARISTICON,
HENRICI SMETII vitam com-
plectens.

Symme Pater rerum, qui nato & flamine sancto
Æquavis aternus agis, p̄gras & r̄is una
Personis distincta tribus, Deus unus, & idem.
Omnipotens, sine principio, sine fine, locoq,
Cuncta replens, cūcta amplectēs, perq, omnia presens,
Qui cœlos & inane ingens, vastum mare terras,
Tartara & Antipodas obrutu perspicis uno.
Cuncta regens solus sapiens: quippe omnia Verbo
Formasti ex nihilo, detrahaq, potente tueris,
Ne pereant, errentq, via, qua pergere iussa,
Cui parent turba Angelica, cui turba volantum
Et gens Oceani, pecudumq, hominumq, propago,
Reptiliumq, genus, qua q, udo in cespite florent,
Vere novo reduces debent nascentia vitas:
Et cui, qua fuso reparata est sanguine Christi.
Sufficiente lyro, & cœlesti chrismate sancti
Vncta paraclēti, petraq, imposta fideli,
Hostibus exposita hic multis, Ecclesia cura est.
Prosper adesto, tuas laudes, tua dona canenti.
Tu mihi non ima plebis de sanguine nasci,
Sed patre a vo proavog, antiqua stirpe creatis,
Et bene de patria meritis prodire dedisti.
Patre equidem, vita cui sexagesimus annus
Bis viduos passo thalamos: jam vertice cauo,
Et velut effato jam corpore spem super omnem,
Prolificos alia tribuis cum conjugis succos.
Talu honorato genitum mēscdere lecti.
Carcere constrictum materno, & luce carentem
Ætherea, decimo dum Lunarecurreret orbe,
Spumoso ex humore coacti more recenter
Caseoli in massam spissans, virtute latente
Fingis, & humana specie mentisq, capace
Induis, usq, fovens dum maturescat in alvo,
Hinc fractis uteri vinculis, per claustra viarum,
Eduxti incolumem Phœbes in luminis auras.
Ante parans alimenta mihi, quam nascerer ori
Sua via, ventriculo per amica, accommoda membris
Suctilia, irriguis calide asseruata lagenis.

Successus nostris Medica in vigilanti bus artis
 Ut quum bis vita nondum aus denus adesset
 Autumnus: Musis praclara Bononia dignum
 Censuerit titulum Doctoralis honore.
 Interea regis affectus, quocumq; locorum
 Missi: seu Gundini sive Levaci
 Seu Laceburgiaci vel docto Budoris amne,
 Itala vel tellus (ubi summa licentia morum)
 Exciperent: vitis juvenilibus abstinuisti
 Frugi animum tribuens, rectia, cupidine ductum.
 Ac mihi ne mentem generis fiducia clari
 Abriperet, ne luxus iners, ne blanda Dione,
 Bacchus & illecebra caperent, velut ora caballi
 Luxuriantis eques freno & calcare gubernat,
 Et rectam docet ire viam, sic nobile prisca
 Stemma domus, modici frenas moderata iure census,
 Qui licet exiguus fuerit, tamen officis illum,
 Sumptibus aequalem, stipis & nullius egentem,
 Tandem me incolumem per multa pericula vectum
 Per mare, per montes, tempestatq; sonaras,
 Sole sub externo à morbis & funere semper
 Servatum, reddis parvis, latq; parvuli
 Annus & hinc non totus abit, de conjugis casto,
 Conveniente thoro mihi prospicit: haud opulenta,
 Haud quoq; formosa: sed quam mage plurima virus
 Cognitio veri, & reverentia Numinis ornet.
 Nec sterilem pateris thalamum: sed quatuor inde
 Pignora viva mares ducis, totidemq; puellas,
 Suppediatis qua sufficiant nutrimina viis,
 Iamq; aderat sextum ver, ex quo cirvis agebam
 Antuerpia ad restuos Scaldis praedi vitis astus.
 Vellus uti longam tranquilla per aquora Ponti
 Navita, sic celeres revolvere ad littora metgos,
 Ex placido videat pelago, vocemq; citore:
 Vel si stellarum species de nocte cadentes
 Conspiciat, longq; nitescere in aere tractu:
 Si bibat Iris aquas, si flumina radat hirundo:
 Pro viduis ille petit portum: aut legit humida vela:
 Sic mihi dum recolo, quod totum Belga per orbem
 Victor in Ausonios, in Gallos, Saxonus, Afros.
 Duxerat, & spoliis jam se ostentabat opimis,
 Alta in pace sedens: bombycina carbasa malis
 Iungebat: magnis certabant sumibus urbes,
 Contemtaq; aula veteri, nova Cuvia forma,

Regifica, nigro & colubrino ex marmore tota,
 Splendida surgebat, Pietas dum pressa gemiscit,
 Ex his haud dubiis longe praescire signis
 Venturam dederas cladem & discrimina rerum,
 Ergo velut Lothum Sodomis exire paratum,
 Cum fida thalami consorte, & prole tenella,
 Quanta fuga noras satis est viatica donans,
 Finibus educis patris in tuta locorum,
 Hospitium curas alimenta benigniter addis,
 Delectuq; dato de conditionibus, ulivo,
 Quatuor oblati (caelesti munere) suades,
 Lemgo vios petere, & raucio vicina Visurgi,
 Lippiacis Medicam facturum heroibus artem,
 Hic mihi Phœha à latè inclarescere fama,
 Viriliter tribuis, magnunq; apud omne favorem
 Concilians mortale genus successibus auges,
 Interea renes nimium mihi sorte secunda
 Luxuriam pariant reddatq; tua immemor aura,
 Elatam reprimis per fata domestica mentem,
 Morbis immixtis variis neq; funere nullo.
 Solaris tamen hac iterum, cum maxima sextum,
 Post Majum (queq; ipse mihi promittere nunquam
 Ausus eram) plena largiris munera dextra,
 Meq; Palatini Friderici ponis in aula,
 Qui letebulaa regnat Septemvir in arce,
 Atq; gregi socios fido te corde colenti.
 Hic dum quadruplicis plebs per contagia morbi
 Atteritur, tu meq; meosq; à peste tueris.
 Ast ne in sperato splendoris adauctus acervo
 Efferrar: egregie mihi consulis, inq; modesta
 Lege tenes animum, pietate, tuiq; pavore,
 Et ducis exemplo moderari, teq; verentis.
 Impletat jam quarta cados vindemia misto,
 Cum tibi grandævum (quem sollicitudo piorum,
 Vndiq; pressorum, Christi q; Ecclesia moerens
 Et status imperij, multo jam tempore nutans
 Fregerat) exhaustum longis exsolvere curis
 Fridericum sedet, aeternaq; beare quiete,
 Tanto orbem domino materna ex morte relicta
 Pradia visentem, cum nata & conjugè fida,
 Per longum deducis iter, salvoq; reducis,
 Erepto iterum patria surgente tumultu.
 Atq; domi incolumes donas reperire relictos,
 Iam vero reducem spoliatum principetanto,

Demul-

Demulces iterum delectu ex munere terno,
 Oblato, à Batarvis, Cattis & faucibus Hartæ,
 De quibus hortaris, faciendo artemq; docendo,
 Degere Neustadii & Casimiro impendere curam,
 Hic mihi res aliquem te suppedit ante peculi
 Adjecit cumulum, canis dum prospicit annis,
 Qui sua vermiculis olida putredine natis,
 Qui sua soricibus subter tellure cavata,
 Piscibus Oceano in magno sua pabula curas.
 Monti vagisq; feris timidisq; volucris escam,
 Tunc hominem divina cui mens aethere venit,
 Cujus ad officium per te sunt omnia facta,
 Quem tibi dilectum purgasti sanguine Nati
 Vnigena ut felix aeterna luce fruatur,
 Tunc illum invalida vergentem atate relinquant.
 Haud equidem, nam tu pater es bonus, & Deus olli.
 Quin imo haud modicū simul impartiris honorem.
 Frena mea tradens moderanda Academica dextra,
 Dum quoq; pestiferis funestas luctibus urbem,
 Nos iterum servas priuo sine funere salvos.
 At ne forte animus nimis hinc se attollat: amœnum,
 Instructumq; domo spaciola, atq; ubero villa,
 Morte pia matris veniens, neq; paupere censu.
 In Flandris herediolum per acerba furentis,
 Fulmina Bellona vastas, & inutile reddis.
 Hac clade affectum me iterum solaris amice,
 Ad majora ciens atq; utiliora, vocatu
 Gymnasti letebulæ sub colle vigenis,
 Quum fratre extincto pupillum & regna tuentis,
 Neccarus imperio Casimiri haud segnior irat,
 Adjicis hic aliquid rursus, de dote mea q;
 Sollicitus sobolis thalamo, quin addis honores,
 Aurato nitidos sceptro cum tradis habenas
 Electorali florentis in urbe Lycæi:
 Præcelebres fama, sed cauta mente regendas,
 Injisis & rursus camum, retinacula tenentem
 Importuni hominis vexari passus ab ausu.
 Accumulansq; malum, vita me conjugis orbas.
 Conjugis aeternam merita cum nomine vitam,
 Cognitione, metuq; Dei, qua prole beata,
 Vixit amata viro, ter nonos juncta per annos.
 Sed (tua qua bonitas) vicibus melioribus ista
 Compensas, quum das natas superesse parenti,
 Obsequis, probitate, fide castoq; pudore

Ornatus dominiq; metu: queis fida paterna
 Cura domus, animo sedeat commissa sagaci.
 Quin etiam prima natarum, fœdus honesti
 Procuras thalami: docto quum traditur illa
 Zonsao conjux viduoq; leuamina patri
 Magna seni prestat parilis consorte reperta
 Conjugii, qua sit reliquos mollire labores.
 Insuper & nata mox insperata secunda,
 Pangis honorati connubia clara Gruteri,
 Quis putet? octavo tandem quoq; vere, Smaragdis
 Cum tunicam tellus ornatur: me patre valente,
 Quamvis grandævo, neq; climatera timente
 Sed fidente tibi (tanta est tua cura) relicta
 Natarum minima, sponsum das, stemmate pulcro
 Stœckelium, pietate pari, Musisq; decorum.

Enaph.

Tu quoq; natorum vice (nam septem arce beasti
 Ætheria) mihi das natorum cernere natos.

Tu procul à patria patriam in regione feraci
 Et vini & cereris donas, dulcemq; quietem,
 Principe sub placido tutam & cœlestibus alis,
 Inq; pio cœtu, qui se timet, ardet, adorat,
 Quid mihi, quod natis opus est, largiris abunde,
 Quid dicam? quod & hanc iterum dignaris honore
 Magnifico, reddisq; auro præcunte verendam
 Canitiem, quam sexagesima liquerat ætas.

Tu mihi bis septem sextagintaq; per annos
 Incolumem servas vitam discrimine ab omni.
 Quum puer unius concretam frigore noctis
 Calcabam glacem, vel quando heredi ac circum
 Lintre brevi ludens fossa labebam in undas.
 Indo bis eversa eiectus currente quadriga.
 Cumq; per angustam præceps altamq; caballo
 Corripiente viam Rhatheas ferrer in alpes:
 Haud aliter longo post tempore, quando reversus
 A patria campis, heredioloq; parentis,
 Sole sub ardenti, convexa in nave sedebam:
 Antenna graue pondus, ab alti culmine mali
 In caput illapsa, lethum mihi pene tulisset.
 Sic cum veetus equo multo post Wachsenhem
 Vrbe domum repeto, curata nobile ab ægra:
 Ponticulo sonipes falsus pede labitur, atq;
 Sessorem saxo secum de voluit ab alto
 Tu mihi perpetuus custos, dextraq; fideli
 Tutabaris, uti dilectum numinis orbem,

Me quoq; sed modicis voluisti affligere morbis,
 Variolis equidem, febrîq; ex ordine quartos
 Observante dies puerum, verum inde per annos
 Vixenos stabili donabas robore corpus,
 At juvenili ævo per succussantis equi vim
 Lassatum rigor & febrilis corripit ardor
 Continuus: sexta quem luce recedere sensi,
 Et licet octavo rediivivus Sole rediret:
 Quinta tamen rursus sublatum vespera vidit.
 Deinde bis undenas firmo me corpore messes
 Conservas: donec cumulatâ sanguinis humor
 Insidias frueret lumbus crurîq; sinistri
 Gressibus officeret dolor in coxendice natus,
 Ast hunc te dante ex cubito & gemino pede secta.
 Sustulit educto confertim vena cruore.

Hinc mihi iter senos rebur mediocre per annos
 Restituis rursus: dum tandem atate senili
 Post septem vitâ decadas, sub parte sinistra
 Lumborum, subitus medio sermone loquentem
 Invadit dolor acer ut orsa abrumpere cogar,
 Deliquis animiter adortus, & in pede lævo
 Impediens motus, vigilem me nocte dieq;
 Absq; cibo, potuq; tenet, sudore madentem,
 Hoc vitâ discrimen, in hac atate labenti,
 Sanguine detracto, tripliciq; malagmate tollis,
 Sublapsas reparans vires victuq; vigorem.

Sic mihi conservas sano cum corpore vitam,
 Cladibus exemptam magnis bellîq; pavore,
 Quale quater denos Belgas attrivit in annos,
 Quamq; manu tam munifica defendis alîsq;
 Hactenus, ad gelidam servabis porro senectam.

Quid vero tibi pro meritorem gratus acervo
 Retribuam supreme Pater, cui deo cuncta:
 Semper honos tuus ore meo, laudeq; sonabunt.
 Dum reget hos artus anima & post funera vivet,
 Seu mensura suis aliquando temporis orba
 Exuvîis: seu lata iterum (simul uda putredo,
 Arida vel caries, vel flamma absumserit ardor
 Et tennes vario dejecerit aura favillas)
 Corporis hospitium (statu cælesti reductis
 Vndiq; patriculis) tandem subitura prioris,
 Yt mox athereis virvax secum inferat astris,
 Namq; ut quondam olitor, qui forte minuta sub iuris
 Diversi generis confusa videbat acervo

Semina


Semina mox secum, dum singula seligit hoc est,
 Ozymon, hoc apium, lapathum istud, at oxalu illud,
 Darveus & andrachme, ammi, apiastrum, urtica
 melanthum,

Sic tua, sed melior sapientia novit acuto
 Permiso! hominum cineres discernere visu.
 (Scis etenim quo ierant, & cuius quæq; favilla est)
 Discretosq; iterum componere in ossa cutemq;
 Et nervos inter medios, formamq; priorum,
 Cuiq; suam reddens animam, quæ reddita membris
 Fida meis rectorix, redi vivo in corpore deget,
 Et secum in caelos rapto per sæcula vivet
 Angelicisq; choris, turbaq; adjuncta fideli,
 Deviicta morte atq; Erebo, vincitq; Satane,
 Eternos Agni decantatur a triumphos.

F I N I S.









X, C, 4, e



